

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



Digitized by Google

DOCTORIS

PETRI BENNAZAR

ALMÆ SEDIS MAIORICARVM CANONICI.

BREVE, AC COMPENDIOSVM RESCRIPTVM; NATIVITATEM, VITAM, MARtyrium, cultum immemorabilem pii hæremitæ, ac Venerabilis Martyris Raymundi Lulli, Balearis, tertii Ordinis S. Franciſci, Doctoriſq; cælitùs illuſtrati; approbationes, commendationes Lullianæ Doctrinæ, & iuridicas vindicationes, à calumnijs quibuslibet præfatæ doctrinæ dolosé impoſitis, ingenti brevitate complectens.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DEO OPTIMO MAXIMO

DICATVM.

EXTAT QVOQVE LIBER, APOSTROPHE RAYMVNDI, *INTITVLATVS*, *in quo neceſſariis rationibus myſteria Sacroſanctæ Fidei Catholicæ probantur a Lullo; quem præfatus Doctor Petrus Bennazar, Lulli devotiſſimus, Sanctiſſimo Papæ Innocentio XI. humiliter Dicat, Offert, & Conſecrat.*

MAIORICIS.

Ex Officina Viduæ Guaſp. Anno 1688.

Digitized by Google

CLementiſsimé Deus, ante excelſam Mageſtatem veſtram humilliſsimé proſtratus, fateor, me á tui ſuprema bonitate innumerabilia bona accepiſſe, non meis meritis; quia fragilis ſum creatura tua; ſed quia placuit tibi, mei miſereri, qúo cunctis viribus animæ meæ, & cordis mei, immenſas tibi gratias ago; & á cunctis peccatis meis, humilitér á te veniam peto, indulgeri ſperáns; itaque Domine Deus meus, quo nihil maius excogitari poteſt, amore, ac reverentia, qua poſſum, offero tibi meum reſcriptum, geſta præclara pij hæremitæ Raymundi Lulli, Martyris invictiſsimi, qui pro lege tua ſacroſancta tuenda, tam vehementér laboravit, complectens; vt ſub tui cuſtodia repoſitum, firmiſsimum, ac ſolidiſsimum extet: Scio me non eſſe dignum, tantam gratiam adipiſci á veſtra excelſá mageſtate; de creatura enim ad Creatorem infinita extat diſtantia; veruntamén reſpice Domine, non quis ego ſim, ſed tu quis es; & ſicut tu, Domine Deus meus, és vnus ſolus Deus, vnus Pater, vnus Filius, vnus Spiritus Sanctus, vna eſſentia Divina, vnum principium, & vnus finis omnium rerum; quia vſque ad vnum omnia ſunt, & vltra vnum nihil exiſtit; omnia quæ ſunt vnum, ipſum deſiderant; quia ab vno proceſſerunt: vnum creaſti Mundum, vnum Solem, vnam Lunam, vnum Adamum; á quo vno omnes orimur; & ab vno illo, omnes mortui ſumus; vnum miſiſti filium tuum,

hominem factum, ſub vna tantum Perſona, ab vna Virgine Maria natum; á quo vno omnes recreati ſumus: vna fides, vnum Baptiſma exiſtunt: vna tantum datur Eccleſia Catholica Romana, cuius vnum caput, eſt vnus Papa, Vicarius vnus Ieſu-Chriſti vnius: ita vnica voce humilitér depræcor te, vt præſens reſcriptum benignisſimé excipias.

Tu, Domine Deus, es trinus in Perſonis: Perſona Pater, & Pater luminum vocatur á Divo Iacobo in ſua canonica, Perſona Filius, & lumen de lumine vocatur in Symbolo Niceno, & Perſona Spiritus Sanctus, qui lumen cordium ab Eccleſia vocatur; & tres creaſti potentias in Anima rationali, & in Angelis; memoriam ſcilicet, intellectum, & voluntatem; tempus concluſiſti in tribus; præſenti, præterito, & futuro: Mundum diviſiſti in tres; animalem, ſenſualem, & intellectualem: ternarium numerum trino augmento perfeciſti; longo, lato, & profundo; vltra quod nulla datur dimenſitatis progreſsio: omnem magnitudinem tribus compoſuiſti; linea, ſuperficie, & corpore: tribus intervallis feciſti conſtare omne corpus; longitudine, latitudine, & craſsitie: tribus mundum diſpoſuiſti; numero, pondere, ac menſura; quibus, omnia ſupraexcelſæ triadis gerunt veſtigium: numerus enim á ſumma veſtra monade, & omnium numerorum fonte, veſtigium habet; pondus ab illa ſapientia, quæ omnia librat; menſura veró ab illo artificis ſpiritu, qui vnicuiq; congruam diſtribuit portionem; tu enim, Domine Deus, es ſphera; cuius centrum vbiqué per

 poten-

potentiam eſt Pater: circumferentia vero per incomprehenſibilem ſuam immenſitatem, nuſquám Filius, ſive Sapientia eſt: relatio vero mutua centri, & circumferentiæ, vel radij, ſpiritum, & amorem reciprocum ſignificat: tu, Domine Deus, creaſti novem Angelorum choros, qui ſunt triplicitér tres; & omnia, ſive ſpiritualia, ſive corporalia, feciſti conſtare tribus; principio, medio, & fine: intellectum poſuiſti in número trino; Divinum, Angelicum, & Humanum; priorem mentem, alterum intellectum propríé, rationem poſtremum dicimus: tu, Domine Deus, armoniam perfectiſsimam feciſti conſtare tribus ſolis vocibus; infima, media, & ſuprema; igitur, Domine Deus meus, magnus Dominus, & laudabilis nimis, ſub cuius præſentia, Cherubim, & Serafim, dulcitér cantant; Sanctus, Sanctus, Sanctus; ſicut in te, per te, & cum te, nos vivimus, movemur, & ſumus; ita iterúm, atque iterúm, tuam ſupræmam bonitatem ingenti humilitate depræcor, vt meum reſcriptum misericorditér dignetur accipere; eo vt illud cuſtodiat, protegat, ac tueatur. Amen.

Veſtræ Excelſæ Mageſtatis, humilis creatura
Petrus Bennazar.

CVM vix aliquis inveniatur, qui ſingularia illa Beati Raymundi Lulii, nobiliſsimi balearis geſta præclara, ad vnguem agnoſcat, ob plurima geſtorũ huiuſmodi variis in locis conſcripta; ideo poſtquam clariſsimos autores, res á Lullo congeſtas deſcribentes, libros plurimos ab eodem æditos, omniaque ad hæc concernentia, ſumma mentis reflexione pervolui; idoneum quoddam, ex plurimis á Lullo geſtis: breve, ac compendioſum reſcriptum contexui; nulla autem intentione, vt prærogativa aliqua fulciretur Raymundus; quia eius nomen, & opera clariora profecto ſunt, quam vt eis aliquid lucis, ex meis laudibus accedere poſsit, ac debeat; bené autem, vt plurima illius miranda opera in vnum conjicerem, & ſingulis præcantarem; minimó ſum ex illa criticorum erudita gente, qui præ conſumata Auctorum lectione, libros omnès cenſent, ac diiudicant: & deprehenſis, quæ ſunt ſolertia librariorum erroribus, ea ſimul ſunt ſagacitati; vt quid eorum loco ſubſtituendum ſit, non ſine laude ſubodorẽtur; ſed præclaros auctores, & quidquid Lulli opera ſcrutatus eſt, candidé, ac diligentér reflectens, pia, ac ſincera mente, ſcintillulas aliquas pii Heremitæ Lulli; ex quibus flammæ ab aliis ſollicitentur, excitabo; abſque eo quod ſaniori ſenſui præiudicium vllum facere velim; præſertim Bullæ Apoſtolicæ á SS Papa Vrbano octavo æditæ die 5. Iulii 1634. quæ incipit verbis his: Cæleſtis Ieruſalem, &c. cui quidém, eiuſque obſervantia, ac reverentia, qua par eſt inſiſtendo; profiteor, me aut alio ſenſu, quidquid in hoc reſcripto refero, accipere, aut accipi ab vllo velle, quam quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat authoritate; non autem

 Divina

Divina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut S. Sedis Apoſtolicæ nituntur; iis tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum Beatorum, aut Martyrum catalogo adſcripſit; hoc tam pié, ac recté profiteor, quam decet eum, qui Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ humilliſsimus haberi filius, ſummopere cupit, eiuſque dictamine, in omnibus dirigi; quibus ſic firmitér ſuppoſitis: audias quæſo, benevole Lector, verba mea; vt brevibus verbis videas mirabilia magna illius herois celeberrimi, Maioricenſis nobiliſsimi patritij, qui veram nobilitatem deperditam ab eo per vitia, recuperatus eſt per virtutes: pii hæremitæ Raymundi Lulli, Imaginis veræ Divi Pauli Apoſtoli, Doctoris divino lumine illuſtrati, Affricæ Apoſtoli, Artis generalis Auctoris, Sacroſanctæ fidei catholicæ acerrimi propugnatoris, puritatis Beatiſsimæ Virginis Mariæ, abſque vlla labe in primo ſuæ Conceptionis phiſico inſtanti, invincibilis argumentatoris, fidei lampadis; radii mundi, Spiritus Sancti organi, publicæ vtilitatis procuratoris, & Martyris invictiſsimi, qui Palmam patriam ſuam innumeris condecoravit palmis; accipies ergò piiſsime Lector, quicumqúe ſis, fronte ſerena, munuſculum hoc, tamquam indicium prompti, gratiq; animi; cum mea me nunc tenuitas maiora offerre non ſinat; & tandem Deum Optimum Maximum, qui omnium bonorum eſt fons, humilitér deprecor; vt me, te, & omnes cuſtodiat nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Vale. Palmæ Balearium Die 21. Aprilis. 1688.

Petrus Bennazar
Almæ Sedis Maioricarum Canonicus.

✝ *APPRO*

ADMODVM R. P. M. F. ANTONII ROIG, ORDINIS SANCTI AVGVSTINI, SANCTI OFFICII *Qualificatoris, olim prioris Conventus Beatæ Mariæ de Succurſu Civitatis Maioricenſis, ter Vicarii Provincialis; ac Viſitatoris Inſularum Maioricæ, ac Minoricæ, & Definitor. Provinciæ Aragoniæ, &c.*

Ex commiſsione Ordinarii Eccleſiaſtici Maioricenſi.

IVſſus á PerilluſtriDomino Iuris vtriusq; Dre. Michaële Federico Sançeloni, Sedis Maioricenſis Precentore, atque Illmi. ac Rmi. Domini D. Petri de Alagon Regii Conciliarii, Archiepiſcopi, Epiſcopi Maioricenſis digniſsimo Proviſore, & Vic. Gen. magna animi aviditate, & pari affectus alacritate, diligenti diſquiſitione, & accurata diſcuſsione, adamuſsim pervolui breve, ac compendioſum reſcriptum de vita, martyrio, cultu, ac doctrina concivis noſtri Illuminati Dris. Raymundi Lulli á Perilluſtri Domino Sacræ Theologiæ Dre, Petro Bennazar Almæ Sedis Maioricarum Canonico elaboratum; & ad Auctorem decantare cogor cum Ambroſio: *Laude ipſe ſe coronet, & laureatus ſpiritu ſcriptis coronetur ſuis.* Hoc volumen ſi attenté pervolvatur, in quo ordinatiſsima

D. Ambroſius.

ſerie, ſtilo perſpicuo, laborioſoque antiquitatis, & novitatis ſplendore congeſta in vnum; auctor invenietur proferens de theſauro ſuó nova, & vetera, & quaſi aquila grandis magnarum alarum tulit medulam cedri, eamque grato nitore nobis enucleatam proponit, vt illi dicere cum Claudiano liceat: *Quæ ſparguntur in omnes, in te mixta fluunt; & quæ diviſa beatos efficiunt collecta tenes*, quia brevitate Lectorem allicit, cum vt alter Seneca dicere illi liceat: *Verbis non vltra, quam ad intellectum ſatis eſt vtor.* Et cum non in ſublimitate ſermonis ſpē reponat, imó rethoricis relictis ornatibus ſpiritum charitatis, & zeli ſe ornat, & cum Auguſtino cantat: *Melius eſt vt reprebendant nos Grammatici, quam non intelligant Populi.*

Claudianus.

Seneca lib. 1. de benef. cap. 3.

D. Auguſ. in Pſ. 138.

Auctor imitans ſupremum artificem cuncta ſua armonicé dicta, numero claudit ternario; tribus, in quam capitulis, non capitibus, opus abſolvit, aut tamquam diminuta titula, ſed tamquam concilia magna exvberantia; quibus non lædens, ſed indulgens, Illuminati Doctoris Raymundi conſtituitur protector; vt cum Dre. Maximo dicere queat: *Non ſum aggreſſor, ſed aggreſſos innoxios tueor; non offendo, ſed defendo, non provoco, ſed reſiſto; non ſum invaſor, ſed defenſor.*

D Hyerō. Epiſ. ad Auguſtinum.

Nosque Auctori ad inſtar Virginis Leocadiæ Ildefonſo dicentis: *per te vivit Domina mea.*

vt in Brevi. Rom.

Pſallere, per te vivit Raymundus Lullus; propterea, publicæ vtilitati multum prodeſſe arbitror volumen hoc, dignumque eſſe, vt non ſolum quam citiſsimé prælo excutiatur, ſed quod iterum atque iterum Typis mandetur, vt per omnium circumferatur manus, omniumque linguis celebretur, præſertim in hoc noſtro Balearico Regno, ſic ſpero, & vtinam Auctor, vt

Martial. lib. 6. Epig. 42. alter Martial dicere valeat.

Laudat, amat, cantat, noſtros mea Roma libellos.
Meque ſinus omnis, me manus omnis habet.

Alberic°, à Roſate in proæmio codicis. Sed audiat Auctor, Albericum á Roſate ita proferentem: *Scio enim abundare numerum emulorum, quorum officium eſt omnia arguere, nulla laudare.* Vt fortaſſe aliqui ſint latrantes, atque mordere tentantes, illis occurrere cum

Martial. lib. 1. Epig. 74. Martiale poſsit.

Cum tua non edis carpis mea carmina læli
Carpere, vel noli noſtra, vel ede tua.

Ita ſentio in Conventu Beatæ Mariæ Virginis Succurſus Civitatis Maioricarum Ordinis Sancti Patris Noſtri Auguſtini. Die 16. Iunij 1688.

Fr. Antonius Roig.

APPROBATIO ADMODVM R. P. FRANCISCI GARAV SOCIETATIS IESV, NVNC Rectoris Collegii Montis-Sion, Sancti Officii Qualificatoris, & olim Sacræ Theologiæ Cathedraticus Primarius in Collegio Barcinonenſi.

APté omninó cælitus Illuſtrati Dris. illuſtriá facta, & ſcripta, vitamque virtutibus Illuſtriſsimam inſignitér Illuſtris Dr. in lucem proferenda ſuſcepit; nam ſi (vt ille aiebat) Phæbo gaudet Parnaſia rupes: quidni & Sol aquilinos occulos amet, & calamos? An non Palmarii Lulli coronata facinora Palmarem exigebant ſtylum? & cui ſuo laudando Deo Dumus folia in paginas admiraculum miniſtrarunt: ex victrici Palma Palmaris Panegiris debebatur? certé non niſi Davidica manus decuit victricem fundam, nec niſi Balearicæ fundæ labor rotare lapidem, qui de ſive ignorantia, ſive invidia Lullianam gloriam vindicet, & exaltet triumphabundam. Is fuit Raymundus Lullius, qui Divino ſe Soli probans limpidiſsimi admodum ſpeculi, quæ á patre luminum benigné infundente accepit, lingua, calamo, ſed magis manu vtraq; reddidit, & expreſsit. Is & eſſet oportuit huius reſcripti Auctor, qui diſtillatori ad inſtar clara, nitida, pura proferat, quæcumque profert. Cæterum

Simmachus. Ep. 94. ſuperforanei; laboris eſt (*teſte Symmacho Epiſt.* 94.) laudare conſpicuos, vt ſi in Sole poſitis lucem præferres, & accenſu luminum claritudinem diei geſtias adiuvare; *Parco pluribus ſi tamen dixerim ſcientiarum lumen, & charitatis flamma Lullius eſt, qui hic deſcribitur: & Perilluſtris Canonicus Dr. Petrus Bennazar eſt qui hic deſcribit. Iam cum admodum R. Dominus Michaël Federicus Sançeloni Iuris vtriuſque Dr. Balearicæ Sedis Meſochorus, ſive Præcentor Perilluſtris pro Illmo. ac Rmo. Dño. D. Petro de Alagon Archiepiſcopo, Epiſcopo Maioricenſi meritiſsimo Vicarius Generalis, & Officialis hoſce* Compendioſum reſcriptum, Nativitatem, Vitam, Martirium, cultum, &c. B. Raymundi Lulli, &c. *complectens commiſerit vt viderem, meo muneri ſatisfaciens attenté evolui, & enucleatim preſpexi: & ſentio plura in eo eſſe ſcitu digna, plurima imitatione digniſsima: nihilque, quod fidem, pietatemque Chriſtianam non modo offendat, immó quod non promoveat, & accendat. Quare opus eſt digniſsimum plané quod æterno prælo perennet: idque ſalvo ſemper &c. eſto meum iudicium in hoc Baleari Collegio B. Mariæ de Monte-Sion Societatis Ieſu die* 28. *Iulii. Anni* 1688.

Franciſcus Garau Societatis Ieſu.

IHS.

Die 30. *Iulii* 1688. *attenta approbatione Ad. RR. PP. Fr. Antonii Roig. Dris. Theologi, & Magiſtri*

Ordinis

Ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini, & Franciſci Garau Rectoris Collegij Montis-Sion Societatis Ieſu huius Civitatis Maioricenſis Sancti Officii Inquiſitionis Qualificatorum. Imprimatur hoc breve Compendium ab Illuſt. & admodum Reverendo Dre. Petro Bennazar, Sanctæ Cathedralis Eccleſiæ Maioricenſis Canonico elucidatum.

Sançeloni Vic. Gen. & Off.

IVDICIVM,

NEC NON APPROBATIO DOCTORIS Don Franciſci de Togores Almæ Sedis Maioricarum Canonici, cui Perilluſtris D. D. Melchior Siſternes in BalearicoRegalis Audientiæ Senatu Regens, Regiuſq; Conciliarius diſertiſſimus periculum de hoc libello facere credidit.

NVtui, atque delegationi, qua ingenioli mei imbecillitatem Perilluſtris Dominatio veſtra proſequi boni fecit; quod pervidērem Libellum cui inſcriptio: *Doctoris Petri Bennazar Almæ Sedis Maioricarum Canonici, Breve, ac compendioſum reſcriptum, nativitatem, vitam, martyrium, cultum immemorabilem Pii Hæremitæ, ac Venerabilis Martyris Raymumdi Lulli complectens, &c.* me totum ſubigens, intentis auriculis, eximioque lepóre & percurri, & nonminus oculis, quam animo collimavi:

 impulſus,

impulſus; ſiquidem, obſervantia iuſsionibus veſtris quamquám debita; ſubjecti carité, ac Religione, nec non probo, atque Perilluſtri Auctoris nomine. Horum in vnumquodque ſtemmatum peculiare me ſtudium trahebat.

Quamplurima vtrumque ominabantur, & cuncta eorum quæ in illo perpendi vſus obfirmavit. Atque; vt ex animo loquar, non largius vmquám voluptati indulſi; illa mihi lectionis ſors facta ex vſura gratiarum venuſtate multó feſtivior;

Statius. 1. Sylv. *Cælo ne peractum*
Fluxit opus?

Illud in hoc (vt ita dicam) divino opere veriſsimum, quod in cunctis difficillimum, venuſtis novitatem dare, novis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, gratiam faſtiditis. Enarratio igitur jam ex ſe ſale condita, lepidior fit, dum noſtri Concivis propria extat; ſi enim dulcis amor Patriæ, nunquid non & Patricij? Simulque cum de ſolo, vnde natalitiũ ducimus, pertractat, nonné ſuavia prata?

Virg. Eglo. 1. *Nos Patriæ fines, & dulcia linquimus arua.*

Et ſi vireſcunt magis, ac magis arva noſtra Raymundi doctrinæ irrigata imbribus, ac Cælicæ tanti Doctoris vitæ monumentis, arcti ad Elyſios campos tramites ſecutius laxantur; quare nunc jam non hoſcé Maiorica vt vltra;

Virg. 1. Georg. *Elyſios miretur Græcia campos?*

Adſunt

Adſunt enim Doctoris noſtri, ac cælitus illuſtrati Martyris, quem nobis Aſtra tulere invidioſa, vivis lachrimarum, atque Doctrinæ fontibus horti irrigui pullulantes; adſunt præterea ex horto Minorum fertili prodeuntes divino pollice myſtici floſculi, Beati nempe Martyris multifariæ virtutis:nā vt inquit Angelicus Doctor: *Lectulus noſter floridus; diverſarum virtutum vernantibus floribus*. At diffuſius Guarricus Abbas: *Totus hominis ſtatus ſanctimoniæ gratiæ florulentus*. Quidni inſiſtat pauliſpér viator; de ſi Poéta ſubtexuit:

In Off. S. Petri de Alcant.

D. Tho. ſuper Cāt.

Guarricus

Hortus ſalubres corpori præbet cibos.
Variosque cultus ſæpe cultori refert.
Refert labori pleniorem gratiam;
Tribuit colenti multiforme gaudium:

Virg. in laud. Hortu.

Sit chriſtianus ſedula apis, colligat de floſculis his, queis non corpori edulia, ſed animæ gratiæ pabula, & Altitonantis voluptatis torrentem adaptabit. Carpat igitur, carpat humilitatis violas, Charitatis Roſas, Fidei Zeli Hyacinthos, Doctrinæque Lilia; & ne vbi dexteram iuget, eum celetur, aurea hæc perdiſcat rhemata, vt iterum, atque iterum mente volvat. *Nec quidém ei aſſentio, qui hæreticorum gregi Magiſtrum Raymundum Lullium Civem Majoricenſem aggregare conatus eſt: Virum ſané Catholicum, integerrimæq; vitæ ſpecimen, & exemplar. Cuius inclyta doctrina, Sanctiſsimiqué mores toti Hiſpaniæ, & Galliæ*

D. D. Arnaldus Albertin. Inquiſit. Apoſtol. & Epiſc. Paccen. in Commēt.

A notes-

Rub: & Cap. 1. de hæred. lib 6. q. 13.

noteſcunt; vt eum Sanctorum catalogo potiùs adſcribendum ſentiant. Qui hanc mortalem agens vitam, Zelator fidei catholicæ fervidus extitit, teſtantibus id eius opuſculis; Divinoque lumine illuſtratus, vehementer anhelavit ad inferendum humanis mentibus optimos mores, Sacramque fidem chriſtianam, adeó vt ad Agarenorum Regna intrepidus proficiſceretur, quo illos Religionis noſtræ cultores efficeret; & dum verbum Divinum ferventer infidelibus palam exponeret, mirarenturq; omnes ſpiritum, qui in eo loquebatur, non valentes eius ſapientiæ verbis obſiſtere, lapidibus illũ obruentes, aureola Martyrii coronarunt; &c.

Proindè verius mihi ſuadet ratio, meritiſsimum hoc eſſe opus, in quo Auctor operam ſuã gnaviter collocavit; digniſsimũ itidem quod á Proſerpina ad Phæbũ, á Pennatibus ad forencẽ lucem, non quidẽ ad temporis arcti proclamationẽ; ſed ad perenne Illuminati, acq; Archangelici Dris. Mauſeolũ, prodatur. Et vt vberrimé animarũ edificationi inſerviat, ac voluntas ad eius mira facta ſectanda in Æthnam redigatur, Typographiæ mandetur, & face liber irradiet nova. Palmæ Baleariũ Kalendis Auguſti, Anno á Servatoris noſtri pannulis 1688.

Dr. D. Franciſcus de Togores.

Attenta Approbatione Ordinarii, & Nobilis D. Franciſci Togores Almæ Sedis Maioricarum Canonici perilluſtris. Imprimatur.

D. Melchior Siſternes Regens.

CAPITVLVM I. IN QVO DESCRIBVNTVR; NATIVITAS, VITA, MARTYRIVM, ET CVLT' IMMEMORABILIS PII EREMITÆ RAYMVNDI LVLLI.

§. I.

RAYMVNDI NATIVITAS, CONNVBIum, & pravus amor.

INVICTISSIMVS, ac Potentiſsimus Debellator Iacobus, Dei gratia Aragonum Rex, Turcarum terror, ac flagellum, vulgo *Conquiſtador* appellatus, morans in Inclyta Vrbe Barcinonenſi, Anno 1228. ac Divino motus impetu, Regnum Baleare abire decrevit; vt illud expugnaret, & ab impio Turcarum, ac Sarracenorum iugo eriperet: firma igitur reſolutione ſupra hoc peracta, ſpeciali pacto promiſit Generoſiſſimis Principatus Cataloniæ Equitibus; qui

Iacobus Aragonũ Rex, Inſulas Baleares expugnare peroptat.

eum viribus, & armis iuvarent, quouſque præoptatum finem conſequeretur, diſtribuere terras præfati Regni, & idemmet pactum confirmavit in præclara Vrbe Tarraconæ, volens jam Mare perlegere ad Regnum Baleare peragrandum, die 5. Kalend. Septembris, Anno 1229. tot fuerunt generoſiſsimi Equites Catalani, qui quidem, vti animo aſſueto, intrepidi, ac fortiſsimi Heroes, reique militaris virtute, auctoritate, ac felicitate condecorati; Invictiſsimum Regem Iacobum iuvarunt in expugnatione Regni Balearis; vt brevitatis gratia illorum catalogum texere non valeam: Scio enim vnum ex illis fuiſſe Raymundum Lullũ, qui quidem, vti generoſiſsimus Eques Barcinonenſis, ex nobiliſsima Lullorum proſapia, ex Alemania ortum ducens, vnácum centum militibus, eius expenſis ſolutis, conſtanti animo, ſidoque, & inexauſto labore Regem Iacobum iuvavit, quouſque Palmam de Palma adeptus eſt.

Equites Catalani, Regem Iacobum adiuvant.

Raymũd' Lullus Eques Barcinonen. Regẽ Iacobũ iuvat.

Expugnato itaque jam Regno Baleari, ereptoque ab infidelium iugo, illudque dominante Rege Iacobo, gratus Munificentiſsimus Rex erga præfatum Raymundum, ob ingentes ſervitutes, quas ei tám eximié, & fideliter præſtiterat, conceſsit illi duas poceſsiones (Beneficia enim accepta cognoſcere, & recognoſcere,

gratitudo Regis erga Raymundum Lullum.

propri-

proprietas Regia eſt, invſitata ab hominibus obſtinatis) vna quarum tunc temporis *Benyatron* appellabatur; nunc autem vulgó *Binyatro* appellatur, eamque ſimul cum eius proprio allodio poſsidet Petrus Bennazar de Binyatro, in Oppido de *Campanet*, virtute emptionis factæ ab eius antenatis de præfata poceſsione, á Succeſſoribus præfati Raymundi Lulli, prætio videlicet quatuor centum morabatinorum; vt pluries acta huiuſmodi legi in ſcripturis antiquis prædicti Petri Bennazar, Avunculi mei chariſsimi; altera autem antiquitús *Aliebiti* appellabatur: hodierna vero die eius nomen ignoſcitur; totum enim hoc ſupradictum evidentér patet in Regia Patrimonii Maioricarum curia, illudque referunt *Dameto in* 1. *tom. Hiſt. Maioricarum & Don Vincentius Mut in* 2. *tomo. hiſt. Maj.*

5 Habitabat enim Raymundus Lullus in celeberrima Vrbe Palmæ, deauratarum Inſularũ capiti, in vico S. Michaélis, in domo Paterna cuiuſdam angi portus ad rivulum vulgo, *la Riera*, qui opidum inferius á ſuperiori dividit, (quam hodierna die ſuis iuſtis titulis poſsidet Petrus Antonius Cirerols) vna cum Conjuge ſua ex nobiliſsima comitum de Heril proſapia, in Catalonia orta, quæ anno 2. poſt Regni Balearis acquiſitionem venerat á Catalonia ad

Palmam, vt referunt *Mut in vita Lulli, Pater Ioannes Maria de Vernon in vita eiuſdem ad SS. Papam Clem. ix. dicata cap.* 1. á quibus anno 1235. die 25. Ianuarii ortum habuit filius, vt refert *P. Franciſcus Marçal in ſuo Memoriali pro Lullo*; & luſtralibus aquis ablutus eſt in Parrochiali Fonte Divæ Eulaliæ Raymundi nomẽ accipiens, qui pié æducatus á Patribus ætatemque ducens puerilem, ingentibusque, ac prætioſiſsimis animi dotibus prefulgens, numquam litteras adamavit, ſed equos, & inſtrumenta omnia belli contrectauit libentér; adoleſcens vero jam Raymundus, de concilio Patrum ſuorum matrimonio coniungitur, cum piiſsima Domina Catharina de Labots; nobilitate, virtute, ac animi probitate eximia; & tres ex eis orti ſunt Filij; Guilielmus ſcilicet, Raymundus, & Magdalena appellati; animadvertens autem Maioricarum Rex Iacobus Secundus, tot ingẽtibus, animi dotibus condecoratum Raymundum, ſplendorem ſui Generis, ac morũ probitatem, illum eligit domus ſuæ ſeneſcallum; (officium enim iſtud, hodierna die, inter Magnates maior domus appellatur) illius ætas lubrica opibus, & amicis impulſa, varios fæminiles amores facilé concépit, delectabat amantis animum, veſtitus, ac ſermonis elegantia, inter concentus muſicos ætatem ducere, & amari

Raymũd° naſcit. & Baptiſat.

Raymũd° literas nõ adamat, ſed arma.

Raymũd° vxorẽ ducit.

Raymũd° Regis Iacobi 2. ſeneſcallus, vel maior domus.

paſsim

paſsim; cumque promptiſsimo eſſet ingenio, & in componendis patria lingua carminibus facilis: non ceſſabat variæ cogitationis inventa cantilenis exprimere; quorum longa conſuetudo iuvenile pectus adeó poſſederat; vt nõ obſtantibus poſtea liberis, & vxore caſtiſsima, adhuc alterius fœminæ, cui pridem inſervierat inflammatis, plusquam dici poſſet, amoribus teneretur; & tam vehementi vi pravi amoris captus eſt, vt die quadam, equitans Raymundus ſupra pulcrum equum, Palmam perambulans, vidensque dilectam ſuam, Almæ Sedis Maioricarum Templum ingredi; inſequutus eſt eã, idemmet Sacrum Templum ingrediens, vt eã chariſsimè ſalutaret, quod cauté perſpiciens diſcreta mulier, & Raymundum potius amentem, quam amantem conſiderans; verba hæc dixit illi: O infelix iuvenis quid amas? pulcrũ tibi videtur; ſed falleris; quia vanum eſt quod amas; Deum enim, qui ſumma pulchritudo eſt, omnigenus, amare deberes, & amens nullatenus eſſes, (verus enim amor conſiſtit in amando recté Deum; omnis igitur verus amans nihil terrenum, ſed Deum, quia Deus eſt, principalitér amare debet; & in malevolam animã, quæ ſic non amat, non intrabit Sapientia; ſi autem itá amat, prærogativis veri amoris gaudebit; quia vbi verus amor exiſtit; ibi virtutum

Raymũd. equitans, Almæ Sedis Téplũ ingredit. ad dilectã ſuam ſalutandã.

Mulier, Raymun. fortitér corrigit.

Prærogativæ veri amoris.

omnium vnio, & concordia;ibi omnis iuſtitia, ibi perpetua pax, ibi felicitas,ibi comunia omnia, ibi nullum peccatum, nec vllæ lites exiſtunt; & quod infinitę péne leges, & vniverſa moralisPhiloſophia contendunt, & vix aſſequi poſſunt; verus amor breviſsimo tempore præſtat) quæ quidem pia, ac devota mulier;vtRaymundũ ab amoris amentia fortiús removeret; diſcóoperiendo pectus ſuum, oſtendit ei canchrenam quandam, læthale vulnus;quam quidem acutiſsimé perſpiciens, triſtis Lullus, obſtupeſcit, ac miratur iterúm, atque iterúm; tandém veró, infortunii triſtitia, vincitur; egrediturque á Sacro Templo,vadit Palatium Regis, & poſtea domum ſuam, triſtitia afflictione, cogitationibusque variis abundus; totum hoc referunt *Nicolaus de Pax in vita Lulli*, inſerta in proceſſu cauſæ eiuſdem, & *R. P. Ioannes Maria de Vernon in vita eiuſdem*, & quampluiimi alii, & idemmet Lullus hoc confitetur in libro, cui titulus eſt: *Planctus Raymundi* num. 2. vbi ita dicit: *Quando ſui in ætate matura ſentii Mundi vanitatem, & capi facere malum, & peccatum, & Dei veri oblitus, ſecutus ſum carnales appetitus, ſed Iesus-Chriſtus voluit mihi quinquies apparere, vt de illo recordarer.*

Mulier diſcooperiendo pect⁹ ſuũ, Raymũdo oſtendit cãchrenã quandam læthale vulnus.

Ieſ⁹-Xps. crucifix⁹ Raymũd. apparet.

§. 2.

§. II.
RAYMVNDI CONVERSIO admiranda.

EXiſtens itaque Raymundus in domo ſua, nihil, niſi tenebras, & ſolitudinem peroptabat; proſtratus autem in lecto, circa quintam horam noctis, ac meditans calamitatem ſuam, magnis lachrimis, & ſuſpiriis, Ieſus-Chriſtus crucifixus dextrorſum apparuit ei, dicens: *Raymunde ſequere me*; mundanus homo divina viſione perterritus, inceptum flebile carmen dimittit, quod interiectis poſtea diebus ter, ipſamet hora, Ieſum-Chriſtum vidit; Poſtremó tam crebræ viſionis cauſas ſecum ipſe tota nocte perquirens arguit ſe de vanitate, á Chriſto, & vocari cognovit; ſed præteritæ vitæ damna conſiderat, ſuſpirat, plangit, veniam præcatur, indulgeri vult, ſervire Creatori creatura deſiderat, & medio Divino impulſu ad Deũ convertitur, á peccatore fit iuſtus, á mundano fit divinus, & ab amente fit verus amans; accidit enim mirabilis hæc Raymundi converſio tam ſuperiori radio dedignata anno 1266. die 25. Ianuarii circa quintam horam noctis, in cuius admirandi prodigii ſignum, ſingulis annis in ipſomet cubiculo prædictæ domus, hora quinta noctis, aſpirare videtur odor ſuaviſsimus, nõ

Ieſ⁹-Xps crucifix⁹ Raymũd. apparet.

Raymũd⁹, ad Deum convertit.

In die cõ-

verſionis ſuæ, manat ſuaviſſimus odor in ei⁹ cubiculo.

moſchi, ambræ, vel aliás, ſed vt piiſsimé putatur, divinus, ac ſupernaturalis odor cunctos vitales ſpiritus circumſtantium, cæleſti ſuavitate replens, quod experientia comprobatum eſt anno 1609. die 25. Ianuarii circa horam quintá noctis, in cuius admirandi prodigii ſignum, erectum fuit ibi Oratorium, tabulato Omnipotentis Dei crucifixi, quaſi emittentis ſpiritū; ad cuius dexteram S. Pauli; ad ſiniſtram vero Beati Raymundi Lulli, Doctoris, & Martyris Imaginibus picto, ornatum, quod de ordine Illmi. ac Rmi. D. D. Fratris Simonis Bauça, Ordinis Prædicatorum, Maioricarum Præſulis, benedictum fuit á Rdo. Dre. Michaéle Ferrer, Parrochialis Eccleſiæ Divæ Eulaliæ Rectore, cū facultate Sacrum Miſſæ Sacrificium ibi celebrandi, & adhuc hodierna die maxima omnium devotione conſervatur, vt pluries illud vidi, & cunctis Balearibus patet. Actum publicum eſt tenoris ſequentis.

Oratoriū erigit. in ipſomet cubiculo.

In Dei nomine & eius divnia gratia, Amen.

Noverint vniverſi, quod anno á nativitate Domini milleſimo ſexcenteſſimo nono, Indictione ſeptima, die veró vigeſima quinta menſis Ianuarii, Ponficatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Pauli divina providentia Papæ quinti, anno quarto in mei dom. Petri Nuñez Berard, Apoſtolica authoritate Notarii publici, & Magiſtri

Bernardi Ludovici Cotoner. I. V. D. & Bartholomæi Roger Virgarii Magnificorum Dominorum Iuratorum teſtium ad hæc vocatorum, ſpecialitérque aſſumptorum præſentia; advenit diſcretus Petrus Ribot, Notarius Syndicus Dominorum Iuratorum præſentis Civitatis Vniverſitatis, & Regni Maioricarum pro negotiis cælitus illuminati Doctoris Raymundi Lulli tractandis, in domibus Andreæ Caſſelles, Notarii perſonaliter exiſtentis, meque dictum Dom. Petrum Nuñez Berard, ibidem exiſtentem requiſivit, quatenus actum conficerem ad æternam rei memoriam, de quadam re mirabili, ſeu miraculo, quod annis ſingulis die 25. Ianuarii operatur D. N. Omnipotens in dictis domibus dicti Andreæ Caſſelles Notarii, quæ quidem domus fuere olim dicti illuminati Doctoris Magiſtri Raymundi Lulli, qua quidem die (vti creditur) apparuit in dictis Domibus Dominus noſter Iesus Crucifixus dicto illuminato Doctori, ex qua apparitione vſque hodie quolibet anno dicta die ſentitur diverſis horis, & vicibus quidam ſuavis, ac divinus odor in dictis domibus, ſignanter in cubili, quod inhabitabat dictus illuminatus Doctor, quod cubile adhuc retinet nomen cubilis Magiſtri Rãymudi Lulli, & quia præſente me dicto Dom. Nuñez Berard, quamplurimiſque perſonis, nempe Illuſtri Domino Ioanne Puigdorfila Iurato Militari, & Magiſtro Nicolao Segui, Iurato Mercatorum præſentis Civitatis

Maioricenſis, Magnificis, & admodum Reverendis Dominis Petro Onufrio de Verino I. V. D. Canonico, & Berengario de Oms, Succentore, & Præpoſito Eccleſiæ Maioricenſis; magnificis Bernardo Ludovico Cotoner, I. V. D. Domicello; Franciſco de Puigdorfila, Domicello; fratribus Gaſpare de Puigdorfila, & Petro Georgio de Puigdorfila, Ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Onufrio Brondo Domicello, Reverendo Bartholomæo Bas, Presbytero in Eccleſia Sedis Beneficiato; fratribus Ignacio Garcia, & Petro Coſta, Presbyteris Theologis Ordinis Sancti Franciſci, Ioanne Vabres, ſtipendiato ſignifero, Raphaële Biſquerra, Bartholomæo Iulia Notario, Ioſepho Huguet Pictore, Auguſguſtino Mas Mercatore, Bartholomæo Malſerit Mercatore, Petro Caragoſſa Fabro ferrario, Bernardo Puig, Michaële Serda, Petro Lledo, Andrea Quetgles, Melchiore Catala, Aloyſio Meſtre, magnifico Ioanè Piza in Medicina Doctore, Damiano Alſamora, magnifico Carolo Desbach, Ioanne Stada, Antonio Mulet, Antonio Torallo, Ioanne Roſſello, Petro Ioanne Mieres, Domina Benedicta Puigdorfila, & Morlana vxore magnifici Franciſci Puigdorfila, & Beatrice Ditez y Catali, & aliis quamplurimis, ſentitus fuit prædictus ſuaviſsimus & divinus odor, quem quidem ſenſerunt, ac olfecerunt omnes ſupradicti ter, quater, & vltra, currente quarta hora noctis computando ab occaſu Solis,

iuxta

iuxtà computum Maioricarum, & omnes prædictũ odorem divinum reputarunt gignentem in cordibus vniuſcuiuſq; peculiarẽ effectũ lætitiæ ac devotionis: provt omnes ſupradicti, & nominati mihi fidem de his fecerunt, quem quidem effectum mihi etiam generavit; nec non & prædicto Raphaëli Biſquerra Mercatori, qui mihi dicto Notario in præſentia dictorum omnium teſtium fidem fecit, & aſſeveravit, ſe ſenſu olfatus carere, & nihilominus prædictum ſuaviſsimum odorem ſenſiſſe, ac olfeciſſe. Ideo de prædictis omnibus, dum agerentur, ad inſtantiam, & requiſitionem dicti Petri Ribot, Notarii Syndici prædicti, & præſens Inſtrumentum ad æternam rei memoriam recepi, præſentibus omnibus ſupradictis teſtibus, die, loco, hora, & anno quo ſupra.

Durat autem adhuc hodierna die prodigiũ hoc divinum præfati odoris, vt in Civitate Palmæ innoteſcit, & experientia comprobavit veritatẽ huiuſmodi Ad.R.D.Michaël Federicus Sançeloni Almæ Sedis Maioric.Præcentor perilluſtris, qui vt mihi retulit, Perilluſtri, & Admodum Rdo. Dre. Gabriele Meſquida Archidiacono præſente, gravi infirmitate febrili in dicta domo detentus, ſuaviſsimum hunc odorem deguſtavit, & ſtatim evanuit febris, ſalutem perfectam mirabiliter recuperans, & anno preſente 1688. manavit præfatus ſuaviſsi-

Manat in dicto cubiculo ſingulis annis ſuaviſsim° odor.

viſsimus odor Cæleſtis, vt mihi fidedignā teſtimonia retuleruut; & præſertim Reverendus Guilielmus Roſſello Presbyter, qui Sacrum Miſſæ ſacrificium in Oratorio dicti cubiculi celebrans, prefatum Cæleſtem odorem deguſtavit.

§. III.
PIA RAYMVNDI OPERA POST eius converſionem.

Raymūd⁹ peccata cōfitetur.

COnverſus igitur Raymundus, & omninó Deo dicatus, omnia peccata ſua confeſſus eſt intima cordis devotione, cum firmiſsimo propoſito amplius non peccandi, vt ipſemet Lullus affirmat in libro, cui titulus eſt: *Planctus Raymundi.* verbis his: *non nego, quin mortalitér multotiés peccaverim ego; veruntamen poſtquam Chriſtus mihi apparuit,* (vt dixi) *& confirmaui meam voluntatem in eius amore, amplius ſcientér non peccavi mortalitér.* & ab hinc tam ſingulari prærogativa virtutis ſcintillam conſervaſſe legitur, & tam eximio virtutum ſplendore gratiam invenit coram Domino Deo ſuo; vt nihil niſi quos labores pro Chriſto, & lege ſuà amplianda ſuſciperet, excogitaret, donum infuſæ ſcientiæ, ac linguarum, ad convertendum infideles, martyriique palmam ſibi, & aliis ardentiſsimo zelo peroptans.

Sciētiam infuſam, querit Raymūd⁹

Die

Die vero quadam perorante Illmo. ac Rmo. Maioricarum Præſule in Cathedrali Eccleſia, & eloquia magna Paupertatis Beati Patriarchæ Franciſci omnibus enuntianti impreſſus fuit in corde Raymundi hæc audientis tam ingens radius charitatis, vt omnem opulentiam ſuam, præter pauca, & Coniugi, & Filiis neceſſaria, pauperibus erogaverit; Divino interdum motus impulſu Raymundus á Palma, Patria ſua diſcedens, ad Vrbem Barcinonenſem ſe contulit, vbi plurima ſpiritualia colloquia habuit cũ Beato Raymundo de Peñafort, aſsiduéque cum eodem peccata ſua confitebatur, eius inherendo conciliis; poſtea enim ſumma mentis devotione Sacroſanctum B. V. M. Montis ſerrati Sanctuarium in Hiſpania celeberrimum viſitavit, & plurimas poſteá egit in Hiſpania peregrinationes, vigiliis, ac penitentiis innumeris, corpus ſuum fortitér macerando, vt in amore Dei vehementiús accenderetur; Sanctum quoque B. Iacobi Apoſtoli ſepulcrum ferventér viſitavit, & quamplurima alia Hiſpaniæ ſanctuaria petiit Raymudus, vt his mediantibus peregrinationibus, ac devotionibus, labores, vigilias, famem, ſitim, & multas alias calamitates proptér Dei amorem ſuſtineret, quibus finitis in Vrbem Barcinonenſem rediit, & poſt aliquod dierum ſpatium ad Pariſienſẽ Academiã

Raymun. multa bona pauperibus diſtribuit.

Raymundus varia Sanctuar. viſitat in Hiſpania.

ſe conferre cupiens, vt litteras didiſceret, á conſanguineis, & amicis eius, præſertim á B. Raymundo de Peñafort, eius Confeſſore, diſſuaſus eſt, ipſum chariſsimé conſulendo, vt in Palmam Patriam ſuam rediret, vt publicé peniteret, vbi publicé peccaverat. Totum hoc referunt *Pater Vernon in vita Lulli cap. 3. Pater Franciſcus Marçal in ſuo memoriali pro Lullo, & idẽ legitur in vita antiqua eiuſdem manuſcripta, quæ in Bibliotecha Collegii Lulliani B. M. Sapientiæ extat.*

§. IV.
RAYMVNDI DIVINA illuſtratio.

Raymundus, virtutis eſt ſpeculum.

AB Vrbe Barchinonenſi in Civitatem Palmæ redux Raymundus, ibique morans, vitam exemplarem ducebat, corde ſemper ad Deum elevato, mundi vanitates, & delitias quaſcunque vti caducas omnimode reſpuens; ſua enim converſatio in Cælis erat, & nihil, niſi divina diligebat, Sacra Templa aſsidué viſitando, ſpeculum virtutis omnibus Balearibus videbatur, ſumma omnium illorum admiratione, videndo illum novum hominem, á peccatore, iuſtum, á mundano, divinum, & ab amente, amantem, & nihil mirum hoc, ſi autem Saulus Eccleſiæ perſequutor, fit Paulus, verus Apoſtolus Ieſu-Chriſti, ac gentium Doc.

Deo

Deo ſic auſpicante; quid mirum, ſi illemet Deus vocari voluit Raymundum in viam ſalutis, illum dirigere, & Doctorē totius orbis eligere? Raymundus autem zelo convertendi infideles commotus, linguam Arabicam á quodam ſervo ſuo Sarraceno didiſcit, qui quidem die quadam Deum maledicens, & Raymundus graviter offenſus, eum in carceres tradi petiit, in quibus exiſtens laqueo ſe ſuſpendit, vti ſic legi in vita Lulli antiqua, quæ in Bibliotheca Collegii Lulliani B. M. Sapientiæ extat; Demum autem Raymundus aliquandiu Grammaticam audivit, & poſt aliquod menſium ſpatium, ſolitariæ contemplationis deſiderio motus, ad montem quemdam Balearibus celeberrimum, cui nomen *Randa*, ſe conduxit, (diſtat enim mons iſte ab inclyta vrbe Palmæ novem milliaribus) in cuius excelſi mōtis laudem deſcripſit nobiliſsimus Nicolaus de Pax Balearis carmina iſta.

Raymūd. linguam Arabicā didiſcit.

Raymūd. Grāmatic audit.

Raymūd. ad montē *Randa* ſe confert.

Randa tenens Regni centrum Balearis, & alta
Æquor, & ingentes vndique moſtrat agros;
Pandit ad Phœbi radios vmbracula paſsim,
Proſpectus varios concava ſaxa parant;
Elevat ingenium, curas expectorat omnes,
Totaque vivaci robore membra novat;
Hic bibit infuſum Raymundus dogma ſupernè,
Hic quoque mirandum condidit artis opus:

Angelus hic illi viſus paſtoris amictu
Præbuit vt meritis oſcula multa libris;
Dixit eos vario paſſuros multa ſub hoſte;
Sed fore pro ſancta fortia tela fide:
Tunc erecta ſibi colluſtrans cella cacumen,
Plena venuſtatis gratia nomen habet;
Hinc manare poteſt doctrinæ ſplendor in orbem,
Hinc ſibi pernitiem ſecta maligna timet.

Raymūd' in monte *Randa* vitam ducit eremiticā.

In cacumine itaque montis *Randa* erexit Raymundus cellulam quamdam eremiticam, in quâ morans, vitam ſolitariam, ab omni humano conſortio remotam peragebat, ore ſemper benedictionibus pleno, corde erga Deū ſemper attento, ac divinæ contemplationi inceſſanter dedito, totis vero viribus animæ ſuæ Deum ſummoperè diligebat, & per ſpeluncas, & nemora de omnibus, quæ ſe offerebāt aſpectui, æterni numinis magnificabat imperium; & vt fortiùs Deum contemplaretur, diligeret, & laudaret, pænitentiis innumeris corpus ſuum áſsíduè macerabat, in qua vita ſolitaria vixit aliquo annorum ſpatio, Deum quaſi aſsiduè rogando, vt infunderet illi ſcientiam, cuius vi peccatores ad recolendum, intelligendum, & amandum Deum, inducere valeret, & infideles omnes ad Sacroſanctam legem catholicam convertere poſſet. O magnum Lulli deſideriū; ſapientiam querit, vt ignorantiam fugiat, & ſapi-

Raymūd' ſcientiam infuſam querit.

ſapienter operatur; quia magni periculi eſt ignorantia, & multi propter eam in inferis contremiſcunt, vt dicit B. Bernardus ſer. 53. cap. 1. tom. 2. his verbis: *Magni enim periculi ſtatus eſt ignorantia; nullum enim maiorem amicum diabolus habet in præſenti ſæculo, quam ignorantia; hoc quidem ſigillo clauduntur, & decipiuntur omnium infidelium mentes Sarracenorum, Turcarum, Iudæorum, & innumerabilis multitudo Chriſtianorum.* Et Ricardus ait in quodam ſermone: *Portæ Inferi duæ ſunt, vna eſt ignorantia boni, alia vero eſt concupiſcentia mali.* Ignatus enim ſemper ambulat in tenebris; ſapientiam enim querit Raymundus vt tenebras effugiat, Deum diligat, & diligere faciat cunctis gentibus.

Nocte vero quadam orante pio eremita Raymundo, intenſiſsimo cordis affectu, Deũ contemplando, & in eius amore vehementer ardente, Iesus Chriſtus crucifixus in morte, dans vitam, lætitiam, in triſtitia, in paſsione, ſalutem, in eruditione, ſapientiam, in tenebris, lucem, qui quidem noluit Raymundum ſanctitate ſolum; ſed etiam doctrina præfulgere, apparuit ei Crucifixus fulgentiſsimus vt Seraphim, quem videns pius eremita Raymundus, eumque acutiſsimé perſpiciens, verba hæc dixit Creatori ſuo: *O Bonitas*, & ſtatim Dominus Iesus Chriſtus illuminavit illum ſuperiori

Raymandus illuſtratur á Deo.

luminis radio, ac infuſa ſcientia ad rerum omnium ſcibilium cognitionem, iuſsitque ei, vt Artem ad omnes ſcientias agnoſcendas Generalem deſcriberet, quibus prolatis reliquit Chriſtus ſervo ſuo Raymundo crucem in qua affixus extabat, & diſceſsit, quæ quidem crux multo annorũ curriculo cuſtodita eſt in Templo B. Mariæ de Gratia, in cacumine montis Randa poſtea conſtructo; veruntamen decurſu longiſsimi temporis Magiſtro Grammaticam docente in præfato monte, & diſcipulis eius plurimas particulas præfatæ crucis cunctis devotis pii eremitæ Lulli prædictum ſacrum Tẽplum viſitantibus impertiendo, paulatim conſumpta eſt; nulla autem hodierna die reliquia eius invenitur, vt totum hoc ſupra aſſertum conſtat in proceſſu cauſæ piæ Raymundi, & iſta fuit quinta apparitio Ieſu-Chriſti Raymũdo impertita, quas quidem omnes quinque apparitiones confitetur ipſemet Raymundus in libro, cui titulus eſt: *Planctus Raymundi.* num. 2. his verbis: *Sed Ieſus-Chriſtus propter pietatem ſuam maximam voluit crucifixus mihi quinquies apparere, vt eius eſſem memor, & procurarem, vt in orbe toto cognoſcatur.*

Hæc Raymundus.

Ies' - Xps. iubet Raymundo vt Arté Generalem de'cribat.

Ieſus reliquit ei crucem in qua affix' extabat.

§. V.

§. V.
RAYMVNDVS DESCRIBIT ARTEM ad omnes ſcientias agnoſcendas Generalem, & folia Lentiſci variis characteribus ſubſignata prodeunt mirabiliter.

ILluſtratus igitur iam Raymundus, ſenſit in ſe fontem infuſæ ſapientiæ, de cuius plenitudine omnium ſcientiarum duci poterat inventio, hora enim matutina diei. (dies veré feliciſſima, & ter albocalculo ſignanda, quoniã in illa cæpit divinus Raymũdus dogma infuſæ ſcientiæ in lucẽ edere) exivit itaq; á cellula eremitica, & deſcendens de monte ad radices eiuſdem inter vineta, & ſpineta ſub arbuſculo quodam, nomine Dumus, conſiderare cæpit omnia rerũ principia, ac mundanæ huius molis fontem, & auctorem, & videns ſe novum hominem, ab ignaro Solomonẽ, ne acceptum ſapientiæ munus vacuum eſſe permitteret, deſcribere cæpit Artem illam totius Orbis celeberrimam, omnia ſcibilia comprehendens, quæ Ars Generalis appellatur; & hic apparuit ei Ieſus-Chriſtus Cæleſti dulcedine eum replens, deinde Lullus erectus eſt in pedes, reſpicit lentiſcum, obſtupeſcit enim, & miratur iterum, atque iterum; quia eius folia variis characteribus, Græcis, Caldeis,

Raymund⁹, incipit Artẽ Generalem deſcribere.

matione illius: ecce benevole Lector actũ publicum tenoris ſequentis. Actũ probans miraculum Lentiſci.

In Dei nomine, &c.

Noverint Vniverſi, quod anno á Nativitate Domini milleſimo ſexcenteſsimo nono. Indictione ſeptima, die vero vigeſima quinta menſis Ianuarii, Illuſtriſsimis, & Magnificis D. D. Thoma de Verino Milite, Michaele Moya Mercatore, & Iacobo Maſſanet Ærario, iis tribus ex patrum Regni Balearis ſenario numero eorumdemque vice, & nomine delectis illuſtribus inſuper, admodumque Reverendis D. D. Hieronimo Tagamanent Caforteza Decano, & Petro Onufrio de verino vtriſq; Preſbyteris, & Almæ Balearis Eccleſiæ Canonicis meritiſsimis, in Villa vulgo dicta, la Mata ſcrita, *intra fines oppidi de Algayda Maioricenſis Diœceſis in appendicibus montis Randini ſita, omnibus pariter congregatis, adiectis itidem, ad firmiorem rei fidem præſtandam, Antonio Prats iam (vt idem profeſſus eſt) nonagenario, & Iacobo Mudoy, dictæ Villæ Agricolis vtriſque & mancipibus, dictus illuſtris Caforteza, pro inclyto, & plurimum Reverendo D. Gregorio Tagamanent Caforteza, prædictæ Eccleſiæ Archidiacono, & Canonico digniſsimo, per Illuſtriſsimum D. D Ferdinandum Canoguera, apud Baleares Inſulas, Regias vices gerentem, ad compulſorias litteras datas Romæ, ſub anno á Nativitate Domini Noſtri Jesu Chriſti milleſimo quingenteſimo*

teſimo nonageſimo quinto, Indictione octava, die vero quarta menſis Martij, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris Domini Noſtri Clementis Divina Providentia Papæ octavi exequendas, electo verbo indixit ſibi per prædictos Agricolas, prædictam lentiſcum inſcriptam oſtendi, quo perventi prædicti iam atteſtantes Agricolæ aſſeveranter dixerunt, ſe ex immemorabili traditione á maioribus accepiſſe, ibidem in eiuſdem videlicet lentiſci medio, dicto Doctori Raymundo Lullo Chriſti Domini Noſtri Crucifixi effigiem apparuiſſe, indeque Divino afflatum Spiritu, celebri doctrina fuiſſe inſtructum: quare dictus Illuſtris Dominus Hieronymus Tagamanent Caforteza ramos, & virgulta ex eadem Lentiſco, nomine prædicto, propriis manibus diſcuſsit plurima, vt eorũ aliquot ad Romanã, Regiãq; Curiam tranſmitteret, quibus omnibus ego Franciſcus Antich, Scriptor Maioricenſis pro Ioſepho Amer, Nottario publico Vniverſitatis, Civitatis, Regniq; Balearis Scriba, eiuſdemque vice, & nomine aſſiſtens, hoc ad indebilem perpetuamque rei memoriam præ iam dictis præcipientibus Illuſtribus, & Magnificis Dominis Iuratis hoc recipi publicum veritatis, & fidei inſtrumentum, teſtibus Melchiore Gallard, Iuratorum dictorum Virgario, & Bartholomæo Serra, Fabro lignario, ad hæc peculiariter aſſumptis.

Suppoſito itaque prædicti Lentiſci tam

ſtupen-

ſtupendo miraculo: videtur ne vobis audientibus vtrum hoc ſit argumentum evidens, demonſtrans Divinam Raymundi illuſtrationem? exiſtimo certe, id neminem negare poſſe, ſi pia mente illud reflectat; Hiſpaniam pertranſivi, Franciam, & Italiam; plurimas vidi arbores Lentiſci; nullam vero, cuius folia charactere aliquo ſubſignata extent; ratio autem evidens ad confirmandam præaſſertam veritatem, hæc eſt: arbor quælibet Lentiſci naturaliter habet folia abſque vllo charactere, vt omnibus notũ eſt; ergo ſi in eſſe exiſtit arbor aliqua Lentiſci, cuius folia variis characteribus ſubſignata extent; opus erit ſupernaturale; ſed talis eſt arbor Lentiſci in monte Randa exiſtens; igitur opus erit ſupernaturale, & prodigium Divinum ſingulatim, in Divina Raymundi illuſtratione eventum; vt per vniverſum orbem omnibus eluceſceret Divina Raymundi illuſtratio; ſi rationibus his non remanes convictus Lector, quicunque ſis, oſtende mihi aliam Lentiſci arborem, cuius folia variis characterribus ſubſignata extent, excepta illa montis Randa, & alia quæ extat in Poceſsione quadam appellata *Tanques* ſita in Villa de Muro, quod ſic mirabiliter accidit: Dominus enim præfatæ Poceſsionis: Ioannes Ferragut appellatus, multis ab hinc annis erat B. Raymundi Lulli devotiſsi-

Lentiſcus cui⁹ folia ſcrip. prodeunt: argumentũ eſt, demõſtrãs divinam Raymundi illuſtrationem.

In Poceſs. de *Tanques* in Villa de Muro mirabilit. naſcit. Lẽtiſc⁹ quædam cuius

folia ſcripta prodeunt.

mus, Queſtor autem æleemoſinarum pro B. Raymundo Lullo, attulit ei in ſuæ devotionis ſignum truncum quemdam Lentiſci, ex illis qui mirabiliter in monte Randa folia habent ſcripta, quem devotione motus præfatus Ioannes impoſuit ſuper quemdam oleaſtrum, vt á tempeſtatibus eius poceſsio liberaretur, poſt aliquot vero dies cecidit trũcus ille in terrã, ſed res miranda: naſcitur ex trunco illo arbor quædam Lentiſci, cuius folia ſcripta prodeunt, quæ quidem hodierna die, ingenti devotione Ioannis Ferragut illius Ioannis filii nunc dictæ poceſsionis domini cuſtoditur. Hoc mihi retulit anno milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo quinto R. P. Marçal, & veritatem comprobavi cum Queſtore Villæ de Muro, qui tradidit mihi truncum quemdam præfati Lentiſci, cuius folia variis characteribus ſubſignata extabant; Itaque tam ſtupendo miraculo nunquam per ſæcula audito, confirmavit Deus Divinam ſervi ſui Raymundi illuſtrationem, ac infuſam ſcientiam, quam ab eodem acceperat; Raymundum enim Deus ſummopere diligebat, ideoque plurimis honoribus doctrinam eidem divinitús infuſam, tã mirabili portento condecorare dignatus eſt. Evenit enim divina hæc Raymundi illuſtratio anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo

Illuſtratio, & ſciẽtia Raym. miraculo cõfirmãt.

quinto

quinto ætatem ducens Raymundus circa quadraginta annorum.

§. VI.

RAYMVNDVS STATVIT DOCERE *Artem ſuam, deſcendit de monte, & Palmam venit, eam gentibus præcantat, Angelumque videt.*

POſt aliquot dies Divino favente lumine, finivit Raymundus Artem ſuam ad omnes ſcientias agnoſcendas Generalem, quam poſtea Romæ, & Piſis in perfectam formam reduxit, ipſamque docere cupivit, & gentibus nuntiare; deſcendit itaque de monte, & in Regio Conventu Divi Bernardi extra muros, vulgo *la Rayal* appellato, aliquandiu moratus eſt, deſcribens methodum facilem, vt Artem docere poſſet, poſtea vero in Civitatem Palmæ ſe contulit; ibique decantat Artem ſuam; & nunc per vnam viam, nunc per aliam illam nititur aperire, & gentibus concinnare; veruntamen ob eius novitatem, & magnam profunditatem, parum proficere valet; quid enim prodeſt aurea clavis, ſi aperire quod volumus non poteſt? & quid prodeſt Artis ſublimitas, quam non ſequitur intellectus audientis? triſtis tandem, & afflictus pius Raymundus videns Artem ſuã parum proficere, reverſus eſt in montem, vbi

Raymun. Artẽ Generalem finivit.

Raymun. Artẽ docet.

die quadam, magno animi merore, Artem legens apparuit ei Angelus quidam, Paſtoris amictu, é manibus autem eius Artem accipiens, eamque devotiſsime deoſculans, dixit illi verba iſta: *Non contriſteris Raymunde, quia huius Artis ope varii deſtruentur errores, & quamvis ob illius novitatem plurimas perſequutiones perpeſſura eſt, tandem vtiliſsima erit ad Sacroſanctam legem catholicam propugnandam*; quibus ab Angelo prolatis verbis diſceſsit, de qua apparitione memoriam faciunt R. P. *Bonaventura Armengual, Theologus Franciſcanus in Archielogio vitæ Raymundi Lulli, Nicolaus de Pax in eius vita*, &c. quamplurimi alii, quos brevitatis gratia omitto; Raymundus autem Angeli colloquio lætus, remanſit in monte, vbi vitam ſolitariam orationi, ac contemplationi erga Deum omnimodé deditam peragebat, & hic Rabbinum quemdam valde peritum in lege Iudæorum rationibus demonſtrativis ad Christi fidem convertit, poſt abſtinentiam á cibo, & potu per ſpatium ſeptem dierum, & ſeptem noctium, auxilium Dei ſemper implorando, vt præfatæ Rabbini converſioni aſsiſteret, vt refert Pater Vernon in vita Lulli cap. 27.

Raymun. apparet Angelus.

Raymun. Rabinũ quemdã Iudæorũ cõvertit.

§ VII.

§. VII.

ARTIS GENERALIS RAYMVNDI *Lulli præſtantia iuxta ſenſum clariſſimorum virorum.*

ARs Generalis Raymundi Lulli, cuius principia ſunt, Bonitas, Magnitudo, Duratio, Poteſtas, Sapientia, Voluntas, Virtus, Veritas, Gloria, Differentia, Concordantia, Contrarietas, Principium, Medium, Finis, Maioritas, Æqualitas, & Minoritas; & cuius regulæ ſunt decem, nempe: vtrum, quid, de quo, quare, quantum, &c. vt in illa eſt videre, omnes alias Artes, & Scientias antecellit; quia hæc ad omne ſcibile extenditur, aliæ vero non; decantet illud doctiſsimus P. Bartholomæus Fullana, Theologus Franciſcanus in expoſitione canticorum Lulli cantic. 144. in quo ſic legitur: Artis Lulli, præſtātia. P. Barthol Fullana, Ordinis Minorum

Nuntius erat amicus ad Principes Chriſtianorum, & ad infideles ex parte ſui amati, vt eis Artem Generalem oſtenderet, & principia illius, quibus cognoſci poſſent, & diligi nobilitates ſui amati.

Quod quidem canticum exponens præcitatus Auctor verba hæc profert: *Indicat, & ſupponit præſens canticum, quod Doctor Lullus erat cæleſtis doctrinæ irradiatus fulgoribus, per ſapiētiā*

generalem, quam vocat Artem Generalem inveniendi veritatem omnium rerum, ſecundum quod ſciri poteſt per rationem humanã, imo ſupra ipſam rationem, fide ſupoſita, quando humana ratio iſta Arte imbuta, applicatur ad rationes Divinas, & fidei veritates ſupernaturales inveſtigandas, & ſecundum illas rectum iudicium facit, & ſi hac ratione iudicet, & diſcurrat de Divinis rationibus amati, nequit vlterius progredi, hoc punctum appellatur tranſcendens; eo quod omnia creata traſcendat, & ad ſuum amatum infinitum perveniat, quod punctum magna facilitate peragit, qui de predicta Scientia, & Arte eſt edoctus peritus, & optime habituatus, ſed cum gratia, & adiutorio amati, &c.

Athanaſius kircherius Soc. Ieſu.

Aſſerat illud: Magnus ille vir Athanaſius Kircherius Societatis Ieſu in commento Artis Lullianæ, vbi in capitulo 4. verba hæc profert: *Scopus Artis Lullianæ eſt: methodum docere, per quam magna attributorum, propoſitionum, queſtionum, & argumentationum copiæ ea vtentibus ſubminiſtretur. Differt á Dialectica, quia hæc quadruplici problematum genere, id eſt problemate definitionis, proprii, generis, & accidentis, vniverſum Ariſtotelicæ Dialecticæ ambitum, magna Topicorum diverſitate abſolvit. Differt ab Arte inveniendi, quam Ariſtoteles lib. 1. Top. proponit, quoniã ibi Ariſtoteles reſpicit tantũ ad inventionẽ ſilo-*

ſillogiſmorum, & omnia refert ad tres locos Generales, id eſt, ad antecedentia, conſequentia, & repugnantia, qui ſunt termini, vti in ſcolis loquuntur, ſecundæ intentionis quo ad denominationem. Sed Ars Lulliana præterquam quod ſillogiſmorum inventionem doceat, aliarum quoque orationum, enarrationum, accuſationum, & omnino cuiuſvis generis attributorum, magnam quoque locorum copiam, & varietatem ſuppeditat. Differt á Rethorica, quia hæc in tribus cauſarum generibus: demonſtrativo, deliberativo, & iudiciali verſatur; hæc autem Ars, nulli aſtricta generi, ad quodvis ens pertinet, & omnia ſcientiarum principia complicat. Iſte enim celeberrimus Auctor ingenti doctrina, ac eruditione conſpicua Artem Lullianam explicavit; ad cuius lecturam benevolum Lectorem remitto, vt experientia comprobare videatur huiuſmodi veritatem.

Affirmet illud Petrus Gregorius Tholoſanus, nobilis ſcriptor, in Cadurcenſi Academia publicus Iuris Civilis profeſſor in libro, cui titulus eſt; *Syntaxes Artis mirabilis*, vbi loquendo de Raymundo, & eius Arte verba hæc deſcribit: *Vnus vt puto Dei ſpiritu illuſtris, minime inventione inferior, qui Artem quamdam meditatus, qua omnia poſsint diſputari, & contineri. Is fuit Raymundus Lullus, qui tamen puritati ſermonis non ſtuduit, ſed qui noſtræ Artis fundamentum iecit.*

Dom. de Alta Villa

Proferat iſtud nobiliſsimus vir natione Gallus: Dominus de Alta Villa in ſua hiſtoria Regia anno 1666. vbi loquendo de Lullo, ſic dicit: *Lullus fuit Nobilis vir Maioricenſis illuſtris per ſuam pietatem, per ſuam nativitatem, & per ſuam eruditionem, ille mortuus eſt anno 1315. poſtquam conſcripſerat tria, aut quatuor millia volumina ſuper omnes ſcientias divinas, & humanas: Ars ſua eſt mirabilis, ſua methodus fecunda, & eius inventio incredibilis.*

Valerius de Valeriis nobilis Venetus.

Confirmet idemmet nobilis ille Venetus Valerius de Valeriis in tractatu ſuper Arborem ſcientiarum Raymundi Lulli, vbi in Epiſtola dedicatoria, loquendo de Arte Lulliana, verba hæc deſcribit: *Eſt enim Ars illa, cuius inventionem Iudæi noſtrates Solomoni Magno Regi Philoſopho adſcribunt, & non niſi divino ſuggeſtu, ad Lullum iure quaſi poſtliminii colligunt ſapientes.*

Hieronim⁹ Natalis Soc. Iesu.

In lucem exeat graviſsimus ille Doctor Pariſienſis Hieronimus Natalis Balearis, vnus ex primoribus Societatis Ieſu Patribus, Sanctique Patriarchæ Ignatii in condendis conſtitutionibus, ac regulis Societatis Ieſu adiutoribus, qui poſtquam mirabilem Lulli doctrinam Sacro Martyrio ſubſignatam, & ab emulorum calumniis per Tridentinos Patres conquieſcere iuſſā, celebrari in inclyta Pariſiorū vniverſitate

perſ-

perſpexerat, reverſus ad patriam, in tranquillo villæ ſuæ paternæ receſſu per iuſtum biennium, eius doctrinæ ſtudio, meditationique tradiderat, rogatus á fratre ſuo Stephano, quid de Lulliana doctrina ſentiret, reſpondit verba hæc: *Vtinam vulgo homines donum Dei ſcirent, & capere vellent, quam appoſita ſit hæc Ars, atque ſcientia ad veritatem, naturali ratione attingendam, ſine ambage teſtium, vel auctoritatum.* Totum hoc affirmat P. Gabriel Ioannes Bolitxer Societatis Iesu, in approbatione memorialis Patris Ioannis Riera.

Dicat illud amplius R. P. Fr. Ioannes Maria de Vernon in eiuſdem Lulli vita, vbi in cap. 23. ſic dicit: *Inter omnes productiones Spiritus Beati Lulli ſunt iſta, videlicet Ars mirabilis ad ſciendum reſolvere difficultates in omnibus rebus, & doctrinis; veruntamen ſpiritus ignari non poſſunt eam comprehendere: illa enim approbata extitit in omnibus Sæculis, poſt eius inſtitutionem.* P. Vernõ.

Aſſerant illud etiam Fr. Franciſcus Macedo Theologus, & Sancti Officii vrbis Romæ qualificator, & Thomas de Leon Societatis Iesu Sacræ Theologiæ in Granatenſi Academia Profeſſor in approbationibus commenti Artis Lullianæ per Athanaſium Kircherium conſcripti, vbi dicunt: *Artẽ Lullianam Orthodoxis non parũ emolumenti allaturã, & publicæ vtilitati opportunam exiſtere.* Franciſc. Macedo, & Thom. de Leon.

Pariſien-ſium Vni-verſitas. Barchin. & Palmæ.

Deſcribant idemmet: celeberrima Pariſienſium Vniverſitas, vbi quadraginta Doctores Artem Lullianam valde vtilẽ eſſe affirmarunt, & Inclytæ, Barchinonæ, & Palmæ Vniverſitates, in quibus variæ cathedræ ad legendam præfatã Artem fundatæ extant, & ipſam ſummopere colunt.

Doctores varii.

Præcantent etiam huiuſmodi veritatem clariſsimi viri, Lupetus, Lavineta, Iordanus, Petrus Daguinus, Petrus Hieronymus Sanches, Pater Franciſcus Marçal Theologus Franciſcanus, Pater Anglada Ordinis Carmelitatũ eiuſdem Artis in Lulliana Balearium Vniverſitate Cathedraticus, & quamplurimi alii viri præclariſsimi huius divinæ, potius quam humanæ Artis Commentatores, in eorum operibus, qui quidem omnes, illam ſummopere coluerunt, vti Artem cæleſti lumine inventam, in cuius laudem dicit Ioannes Aſtedl. in libro, cui titulus eſt: *Clavis Artis Lullianæ.* ſe audiviſſe clarũ virum Ioannem Terentium ope Artis Lullianæ acutiſsime perorantem, diſputantem, ac diſcurrentem, & adhuc refert Ioannem Picum mirandulanum, & Angelum politianum (ſui temporis celeberrimi in vtriſque ſcientiis) pollicere per regulas Artis Lullianæ de omnibus diſputare poſſe, ſed quid mirum, ſi Divinus Lullus huius Artis ope, tria, aut quatuor millia

volu-

volumina in lucem edidit, vt affirmant Remigius Rufus, D. Alfonſus Zepeda, & Dominus de Alta villa Gallus in Hiſt. Regia anni 1666. qui quidem libri vtiliſsimi ſunt ad omnes ſcientias acquirendas, & ad ſanctam legem catholicā exaltandam; & propugnandam rationibus neceſſariis, vt ipſimet qui hodierna die in eſſe exiſtunt veritatem huiusmodi, quam ſincera mente enuntio clariſsime demonſtrant, & ita per vniverſum orbē illud enumerat fama; quapropter doctiſsimus Pater Vaſques Societatis Ieſu loquendo de Lulli doctrina in q. In 1. par. diſp. 133. cap. 4. verba hæc dicit: *Cæterum ſpiritum Dei, in multis habuiſſe Raymundum, indicant eius ſcripta.* Et Fr. Ludovicus de Leon, (vt refert Mut in vita Lulli) de Lullo loquens dicebat: *tres ſapientes extitiſſe in mundo, Adamum ſcilicet, Salomonem, & Raymundum*; præcor itaque Benevolum Lectorem, vt libros Lulli percurrat, & experientia notabili huiusmodi veritatē comprobare videbitur.

P. Vaſq. Soc. Ieſu.

Fr. Lud. de Leon.

§. VIII.

RAYMVNDVS AD MONTEM PESſulanum ſe confert, cum Rege Maioricarum, varia habet colloquia, eiuſque precibus præfatus Rex Seminarium quoddam fundat in Regno Maioricarum, omniumq; Seminariorum Mundi Autor eſt Lullus.

Rex Maioricarũ, cupit videre Raymundum.

ANnum vero agens 1275. & morans Maioricarũ Rex Iacobus Secundus in monte Peſulano; ſciensque Raymundum clariſsimo ingenio, ingenti doctrina, morum, virtutumq; probitate eximia præfulgere, incredibili voluptate illius fruendi aſpectu commotus, eũ Epiſtolis mediantibus admonuit, vt ad montem Peſulanum ſe conduceret, quibus á Raymundo viſis, ſtatim ad montem Peſulanum ſe contulit, & cumRege Iacobo plurima habuit colloquia; attamen tam eleganti carmine, ac verborum, ac ſententiarum luminibus tam illuſtri rem ſibi propoſitam declaravit, vt piiſsimus Rex, ſumma admiratione elatus, ipſum variis honoribus condecoratum reliquerit; iuſsitque cuidam Patri Franciſcanæ familiæ theologo, vt Artem illius examinaret, qua quidem rité viſa, & diligenter examinata; cenſura dicti Reverendi

Rex Iaco. 2. Artem Lulli approbat.

Patris

Patris fuit, Lulli Artem omnimode approbare, & variis encomiis illam condecorare.

Tandem ardentiſsimo zelo motus, ſacroſanctam legem catholicam ampliandi, & convertendi infideles humiliter Munificentiſsimũ Regem Iacobum rogavit, vt Seminariũ quoddam conſtrui, iuberet in Regno Maioricarum, Fratribus Minoribus concedendum, in quo variæ docerentur linguæ ad faciliús convertendum infideles, Miſsionariis Apoſtolicis mediantibus; quod quidem piiſsime conſideratum á Rege Præfato, Raymundi præcibus iuſsit Seminarium prædictum conſtrui in Regno Maioricarum, ad cuius loci extructionem conceſſit de Patrimonio Regio poceſsionem quamdã, *Miramar* appellatam, ſitam in termino oppidi *de Valldemoſſa*, vna cum cenſu annuali quingẽtorum florenorum, de Patrimonio Regio ſolvendorum ad congruum victum terdecim Fratrum Ordinis Minorum, qui linguas addiſcerent, & docerent; de qua fundatione loquitur Lullus in libro, cui titulus eſt: *Blanquerna part. 2. cap. 72. Et Vvadin. ſub 1276. &c.* Et vt gravi fulciretur auctoritate confirmationem Apoſtolicam á Sanctiſsimo Papa Ioann. xx. dicto xxj. adeptus eſt. Datum Viterbi 16. Kalend. Octobris Ann. Pontif. primo, & eſt tenoris ſequentis.

PetitRay. á Regelacobo, vt Seminar. conſtruat in Regno Baleari.

IubetRex conſtrui præfatum Seminar.

Confirmatio Apoſt.

NOBILI VIRO IACOBO NATO *claræ memoriæ Regis Aragonum.*

Laudanda tuorum primogenitorũ veſtigia, in quibus devotionis, & fidei zelus reſplenduit ſtudiis Salubribus imitans, & tamquam filius benedictionis, & gratiæ ad eiuſdem fidei terminos ampliandos anhelas, vt qui in terris magnitudine præmines altum tibi locum conſtituas in excelſis; pro tuæ ac eorumdem progenitorum animarum remedio, ſtatuiſti, & etiam ordinaſti, vt in Inſula Maioric. ad te iure hæreditario pertinente, in loco qui dicitur Deya, in Parrochia Sancti Bartholomæi Villæ de Moſſa, Monaſterium, ſive locus religioſus de tuis bonis propriis conſtituatur, in quo terdecim Fratres ordinis Minorum, qui iuxta ordinationem, & conſtitutionem Provincialis miniſtri continuè in Arabico ſtudeant commorentur, vt tandē inſtructi competenter in illo, ad terras Paganorum ſe conferant, animarum profectibus intendentes. Et ne fratrum ipſorum ſtudium, neceſſariorum defectus impediat, vel perturbet, quoſdam redditus ad te ſpectantes, ex quibus eiſdem fratribus neceſſaria huiuſmodi miniſtrentur, ſpecialiter deputaſti, provt in patentibus literis inde confectis, tuo ſigillo munitis plenius dicitur contineri. Vnde nobis humiliter ſupplicaſti, vt ſub protectione Sedis Apoſtolicæ,

&

& noſtra locum recipientes eumdem, in quo per miniſtrum provincialem huiuſmodi fratrum numerus iam eſt ad hoc per Dei gratiam conſtitutus, & inibi per eoſdem laudabiliter ſtudio inſiſtitur memorato, aliaque præmiſſa pia intentione á te edita confirmare de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Nos itaque tuis precibus annuentes favorabiliter, quod in hac parte pie, ac provide factum eſt, ratum, & firmum habentes, id, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nolumus autem, pro vt dilecti filii, Generalis miniſter, & fratres ipſius Ordinis cupiunt, & etiam de intentione præfati nobilis proceſſione videtur, quod eidem ordini, ſeu præfatis, aut quibuſcumque aliis ipſius ordinis fratribus, vel alii pro eis in Monaſterio, ſeu loco præfatis, vel in perceptione dictorum redituum proprietas, vel dominium, aut aliquod ius percipiendi eoſdem reditus, ſive actio in eiſdem aliquatenus acquiratur, ita quod profeſsioni, vel regulæ fratrum dicti Ordinis propter hoc, nullatenus in aliquo derogetur. Nulli ergo, &c. Noſtræ confirmationi, &c. Datt. Viterbi xvj. Kalen. Octob. Anno Ponti. noſtri primo.

¶ Raymundus autẽ ſummopere cupiens fundationi præfati Seminarii intereſſe, Regem gratulatus, obtentaque ab eo debita facultate, in Civitatem Palmæ reverſus eſt, ibique exiſtens mulierem læthali vulnere canchrenæ infectam, Raymun. videt Seminariũ conſtrui.

Raymun. amaſiã ſuã quã ſalutaverat in templo, cu[r]at.

medicina quadam mediante, quam tulerat á monte Peſulano, perfectè curavit vt dicit Pater Vernon in Apologia fol. 287. quæ quidẽ poſtea monyalis efficitur, & opinione ſanctitatis moritur; viditque in Regno Baleari Seminarium conſtruere, & fratribus minoribus impertiri, vbi variæ docebantur linguæ, & fuit primum Mundi Seminarium; Raymundus vero omniũ Seminariorum Mundi auctor eſt; legitque ibi vtiliſsimé Artem ſuam, vt eiuſdem Artis adiuti rationibus fratres miſsionarii, in linguis periti, infideles ſalubriús ad ſacroſanctam legẽ catholicam converterent; poſtea vero Raymũdus, in ſpelunca quadam prope Seminarium præfatum, plurimis menſibus moratus eſt quaſi aſsidué, orationi, ac contemplationi erga Deum omnigenus deditus, & aliquos ibi conſcripſit libros; quæ quidem adhuc hodierna die, ſpelunca magiſtri Raymundi Lulli appellatur; altera autẽ ibi extat Lulli memoria: fons quædam magiſtri Raymundi dicta.

Raymundus prim' fundator Seminar.

Parum vero temporis conſervatũ eſt Seminariũ iſtud, propter quod ſit nomẽ Domini benedictum, cuius iudicia incomprehenſibilia ſunt, omnino enim derelictum fuit á Patribus minoribus, quod tam intimo cordis dolore plangit Lullus in libro cui titulus eſt: *Planctus Raymũdi.* fol. 17. num. 5. varii poſtea illud poſſeſerunt,

quod

quod brevitatis gratia omitto; aliqui eremitæ autiquitús ibi commorati ſunt vitam ſolitariã ducentes, ex quibus vnus fuit clariſsimus ille vir Fr. Antonius deCaſtañeda, virtute,ſcientia, ac Sanctitate conſpicuus, & Venerabilis Sororis Catharinæ Thomas, (cuius quidem beatificationis cauſa, hodierna die pendet in Curia Romana) Confeſſor eximius extitit; nunc vero temporis morantur ibi varii eremitæ vitam ſolitariam gerentes.

Eximia virtus Fr. Antonii de Caſtañeda.

§. IX.

RAYMVNDVS DESCENDIT DE deſerto, in Civitatem Palmæ ſe confert B. V. M. tradit ei filium ſuum Ieſum, vt pedem eius deoſculetur, varia cum illo habet colloquia, Myſterium Conceptionis B. M. V. in primo inſtanti phiſico abſque vlla labe acerrime defendit.

RVrſus enim pius eremita Raymundus, ingentiſsimo motus zelo, ſacroſanctam legem catholicam propagandi, deſcendit de monte, & Palmam venit, vt mare perlegens, iret per vniverſum mundum, ad prædicandum Evangelium omni creaturæ; die vero quadam circa portam vulgo *de la Almudayna* appellatam, apparuit ei Beata Virgo Maria, & præſentavit ei filium ſuum, Ieſum vt pedem eius

B. V. M. Raymun. apparet, & filiũ ſuũ Ieſum, & tradit adoraturum.

deoſcularetur, eum adoraret, & gratiis cæleſtibus repleretur, in cuius admirãdi prodigii ſignũ repoſita eſt ibi imago quædã B. M. V. eſt enim hoc traditio antiquiſsima, & fama publica, & vox omnium ita enumerant illud; deſcribunt quoque idemmet *P. Bonaventura Armengual in Archielogio vitæ Lulli, P. Fullana inexpoſit cant. Lulli* 14. *D. Vincentius Mut in vita Lulli &c. Et ipſemet Lullus hoc confitetur in libro canticor. cant.* 14. *verbis his: Præſentavit Regina Cæli filium ſuũ amico, ad hoc vt pedem eius oſcularetur, & in libro ſuo virtutes Matris amati ſui deſcriberet.* Cuius pedẽ devotiſsime deoſculatus eſt pius eremita; Ieſus autem ei verbis dulciſsimis intima cordis offert arcana; diceret enim ſervus Dei Raymundus cum Eſaya: *Parvulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Et cũ Eccleſia: *Nobis datus nobis natus ex intacta Virgine.* Diceret proinde quod poſtea in ſola meditatione huius parvuli dixit D. Thomas á Villanova ſer. 4. de nativitate Domini: *Nobis ergo, Pater natus eſt, nobis filius Dei datus eſt: Meus ó bone Ieſu, & vndequaque meus es, mibi natus á matre, mihi donatus á patre, duplici te iure poſsideo, meus es totus, & in meos vſus expenſus, te mihi pater genuit, te mihi pater dedit, omni ex parte meus es, iuri huic in æternum non renuntio, tenui te, neque dimittã, donec introducam te, imo donec introducas me in*

Raymun. pedẽ parvuli Ieſu deoſculatus eſt.

domum matris meæ, & in ſecretum cubiculum genitricis meæ cæleſtis Ieruſalem, quæ eſt mater noſtra vt in illo perpetuo deoſculer, & amplexer te, & iucundiſsima tua pulchritudine, & pulcherrima tua iucunditate, cum Angelis perfruar in æternum. Et ſer. 3. in fine hæc protulit: *Gaudeant alii in divitiis, & deliciis, in cibis, & potibus, & veſtibus prætioſis, laſciuiant in conviviis ſuis, & lectis eburneis, ego autem delectabor in domino, & exultabo in Deo Ieſu meo.*

Tandem vero dixit Puerulus Ieſus ſervo ſuo Raymundo, vt in eius libro laudes, ac præconia B. M. V. Matris ſuæ peculiariter deſcriberet, & poſteritati relinqueret, vt cognoſcerent omnes, & matrem, & filium, ac vero cultu colerent; quod ſummo animi affectu adimplevit piiſsimus Lullus, libros plurimos poſtea deſcribens in eiuſdem B. V. M. laudẽ, ex quibus vnus eſt: *De laudibus B M.* alter: *de officio eiuſdem*; & alius *de Conceptione B. M. V.* in quo neceſſariis rationibus demonſtrat B. V. in primo ſuæ Conceptionis inſtanti, immunem fuiſſe ab omni originali labe, vt in illo videre poteſt prudens lector, & quamplurimos alios conſcripſit Lullus libros in laudem B. M. V. & in quadã oratione á dicto B. Raymundo conſcripta in laudem B. M. illud breviter demonſtravit, quæ impreſſa extat in memoriali collationis centum articulorũ Lulli-

Ies⁹ iubet Raymun. vt virtutes ſuæ Matris in libro ſuo deſcribat.

Raymun. in laudẽ B. V. M. plures deſcribit libros.

ãnorum, á Perilluſt Conſulibus Regni Maiori-catũ preſentato Emmis. ac Rmis. D. S. R. E. Card. in vniverſa Rep. chriſtiana generalibus Inquiſit. Ann. 1614. quæ eſt tenoris huiuſmodi.



B. M. Raymundi Lulli prævia Apoſtrophe ad Deiparam Virginem.

DOmina mea, ac Dominatrix mea, dominans mihi, Materque Domini mei ſemper Auguſta, cuius ea perpetuo dignitas extitit (licet Adam non peccaſſet) vt in Divino creandarũ rerũ conſilio, tu, præelecta Virgo Deipara, cum filio Chriſto, inducta ſis in primum illud decretum, quo Chriſtus conſtitutus eſt Princeps & apex omnium perfectionum, ſcio quod extunc Divinæ dignitates iam ſtatuerant impertiri tibi ſimilitudines ſuas, tamquã Matri, in ſupremo gradu poſt Filium: & te Pater Æternus, in Spiritus Sancti Sponſam evocans, omnibus ſuis dotibus ornare decreverat: vt eſſes ipſa Primogenita filia; ſicut & Chriſtus eſt Primogenitus omnis creaturæ: Filius quoque, iam vt Matrem te prædilexerat; locandã decernens in eo perfectionis gradu, qui decebat Filii dignitati: & Spiritus Sanctus eodem primo Decreto iam omnia chariſmatum dona, tibi vni conferenda paraverat. Neque enim Divinas rationes decuit, vt, Adam non peccante, tanta dignitas defuiſſet: aut, talis Filii tanta Mater, á peccato dependiſſet. Quin etiam, vt ab Adamo omnium ſumma donorum derivanda erat ad nos; ſed per Chriſtum tamen tamquam omniũ finem: ita, per Chriſtum ipſum, eadem dona Adamus accepta referre tibi debet, ó Virgo

Deipara. Quippe (quemadmodum didiſci in Schola Sapientiæ Filii tui) Divinus is ordo ſuit: vt Deus ipſe, iuxta perfectionum ſuarum igniculum, & rationem, primo voluerit homo fieri; atque hoc opus iacere, quaſi ſummum, ac ceterorum finem præcipuum: teque, velut operis huius miniſtram, aſciſcere ſibi, talem ac tantam, qualem ratio operis exigebat habentem videlicet á Chriſto (cui fini proxime deſtinabaris) omnia dona; atque eidem accepta omnia referentem. Secundo loco, relatus eſt Adamus ad te, Virgo benedicta: nempe ex qua tot dona, per Chriſtum, ac propter Chriſtum, habiturus erat Adamus. Hinc denique mirabilibus donis ea lege ſtatuit ornare Deus Adamum; vt, ſi vetitum quidem non ederet fructũ; ea dona ſibi, poſteriſque ſervaret: ſin ederet; eadẽ emitteret dona ſibi, ſuisque. Hanc legem poſtremo loco conceptam, tu, Virgo felix, non ſubiiſti; quæ iam ante hanc legẽ fini Incarnationis deſtinata fueras: & omnino de te erat definitũ. Atq; ita, ſtans Adamus, nihil tribuit tibi: cadens, nihil eripuit. Quæ cum ita ſint; quid mirum, ſi ipſe ſemper pleno ore profeſſus ſum, te, Deiparam Virginẽ, ſine culpa originalis perinde eſſe conceptam, ac ſi Adam non peccaſſet? Nempe cũ á te dona ſua Adamus acceperit; planè prius illa habuiſti tu, in præcognitone, & præelectione

divina.

divina. Ceteri Adæ filii, quia prædicta lege, & pacto Dei cũ Adam inito concludebantur; per Adam, in Chriſto, donis ornandi fuiſſent: non tu, Virgo Beata; quæ lege eiuſmodi non includebaris; & omnia per Chriſtũ proxime ſortita es. Siquidem Chriſtus, in hac ſerie verus auctor & Princeps, familiam ducit: tu, poſt Chriſtum proximé, Virgo Deipara: deinceps, Adamus: ad extremum, poſteri omnes ita ſequuntur; vt á Chriſto in te, Matrẽ, omnis perfectio, tamquã á fonte dimanet: á Matre, per Chriſtũ, in Adamum. Adamus autẽ quidquid amiſit; non tibi, ſed ſibi, poſteriſq; ſuis amiſit. Ac licet Chriſtus Dominus, veré omnium Redemptor ſit, & dicatur: ſed, tui quidem, & Angelorũ redemptor, excellentiori redemptionis genere prædicatur: non, ab imminente ſervitute peccati: ſed, á debito ſervitutis. In quo, amplius ſingularem filii tui prærogativam ipſe ſuſpicio, veneror, & auctã agnoſco. Eccé enim ſemper Chriſtus extat immunis ab omni peccato, iure, & merito proprio: tu, iure aſcito: ille, per ſe, & principaliter; tu per ipſum: ille, ex vi modi Conceptionis ſuæ: tu, ex vi coniunctionis cum ipſo, tamquam proxima fini: ille, ſine vlla ratione privilegii, ſed ſuapte natura, ac tamquã finis; tu, ex ratione quadam privilegii exemptionis á debito. Quod eximẽdi genus, tantó præſtantius eſt, tantoq; nobilius;

quantó, á caſu vel morbo præſervare quemquã; excellentius eſt; quam, eum qui ſemel cecidit, erigere: vel, ægro iam corpore, liberare. Te vero Chriſtus, Matrem ſuam, initii ratione caſuram, ſervavit ratione finis, non modo ne caderes; ſed etiam, ne caſura eſſes: inquinandam, ex parte parentis, præoccupavit ab eiuſmodi debito, ratione Sanctiſsimæ Incarnationis. Fuit igitur tui liberator eximius; te non eximens ſolúm á debito; ſed liberalius etiã largiens ne debitrix eſſes. Fuit tui ſanctificator; nõ modo te reddens immunẽ á peccato originis; verúm; á debito quoq; peccati: ita vt (in diſpari quidem gradu) ſanctificatio Matris, ſanctificationi Filii reſpõderet. Diſparitas autem eſt ibi; quod quidquid immunitati tuæ deferimus, ó Virgo Deipara; poſt Chriſtum, á Chriſto, & propter Chriſtũ, habere te profitemur. Chriſtus omnino, nec debuit, nec potuit labi. Tu, poteras quidem: at, non debuiſti. Quia proxime ordinata es ad Chriſtum: & oportuit vt ei quamſimillima redderetis. Hæc arcana (fateor) Vnigenitus tuus, ó Regina cælorum, de inexhauſtis Sapientiæ ſuæ theſauris delibata, quondam mihi ſervulo tuo retegere dignatus eſt: quæ ego, pro virili, cũ tuis clientibus communicarem. At, nonne hæc primũ in monte Peſſulano, corã Inclyto Rege Baleariũ, deinde, Pariſiis, fideliter evulgavi? Nonne

Concep-

Conceptionis Immaculatæ cauſam intrepide, & conſtanter egi in ſcholis: & ipſam, adhibitis argumentorum nervis, ac vi rationum, humo tollere cœpi? Nonne, quod multos huic ſententiæ Magiſtros conciliaſſem; plures patronos adoptaſſem; quorumdã invidiæ, atq; odia concitari in me cœpta ſunt? Heu, quantas iam inde moleſtias, Bone Deus, axantlavimus! Quam crebras irriſiones, ac contumelias! Quot ludibria! Quot ſcommata! Quot convicia! Quám varias, atque multiplices oſorum inſectiones experiri primó cœpimus ipſi; deinde, Diſcipuli, profeſſoresq; noſtræ Sententiæ! Nec modo occulté cuniculis oppugnabamur: verum, aperte etiam hac ipſa de cauſa petebamur. Quæ porró licentia, quam multos in annos ſeſe iactarit; quove, decurſu temporis, progreſſa iam fuerit; probe noſti tu, Domine, cuius oculis aperta ac nuda ſunt omnia: tuque ſine macula Virgo, cuia res agitur. Sed & ardet adhuc eadẽ invidiæ flamma: nec, niſi noſtrum infamia reſtingui velle, palã contendit. Quid hoc ergo, Domina mea? Quid iam tua hac cauſa faciam? Quorſum evadere ſinet Filus tuus, Dominusq; meus, perennes iſtas oppugnationes, in hanc plané doctrinam, quã, ipſo Duce, ego, veſtro ductus honore, docui, propagavi, defendi? Tamdiu cõmunis hæc cauſa noſtra fluctuabit? Talia, tam indigné

præterea, patietur? Adſis, ó adſis, Patrona mea, adſis. Tu vero, Ieſu bone præſis: *Exurge, & intende iudicio meo, Deus meus: & Dominus meus, in cauſam meam.* HÆC B. RAY.

Raymūdi felicitas.

Valde enim laboravit Raymundus, vt omnes gentes Deiparam Virginē peculiariter laudarent, vt intrá dicemus: O felix Raymundus, & tribus Regibus Magis felicior, qui de longinquis terris, Stella duce, Ieſum adorare veniunt, ſed ipſe Ieſus ád te venit, oblatus á Matre, vt adores eum, & gratiis cæleſtibus ab ipſomet repſearis; ſi autem Magi, Puero Ieſu offerunt aurum, in quo ſapientia deſignatur, thus, in quo virtus orationis exprimitur, & mirrhā, in qua carnis noſtræ mortificatio figuratur. Divo Gregorio atteſtante, hom. 10. in Evang. Tu feliciſsime Raymunde, amato tuo Ieſu, aurum tuæ infuſæ ſcientiæ, ei obtuliſti; in Sermonibus, in conſiliis verbalibus, ad ſalutem animarū, & in tot variis libris, quos edidiſti, vt illemet rectiſsime ab omnibus gentibus adoraretur: Thus obtuliſti ei orationis cū aſsiduis elevationibus ad ipſum, quem aſsidue contemplatus es orando pro peccatoribus, & modum orandi, ac contemplandi Deum, omnibus oſtendiſti, & explicaſti; Mirrham obtuliſti ei in tot vigiliis, & penitentiis, quibus corpus tuum maceraſti, & in tot innumeris peregrinationibus, & laborib⁹,

Raymūd⁹ Ieſu offert Aurum, Thus, & Mirrhā.

quos

quos perpeſſus es; vt illemet Deus Redemptor omniũ rectiſsime coleretur á cunctis gentibus, quouſque ſanguinem in cruento martyrio pro eius amore fudiſti; igitur deoſculatus es: O piiſsime Lulle puerulum Iesum, & optima munera eidem obtuliſti: Aurum, Thus, & Mirrham, ſapientiam, Orationem, & contemplationem, mortificationem, & tandem cruentum martyrium inter Barbaricas nationes.

Recedens autem poſtea Raymundus á Regno Baleari, in Hiſpaniam ſe contulit, & Conceptionis Immaculatæ piiſsimam opinionem intrepidé, & conſtanter egit in ſcolis, & ipſam adibitis argumentis, ac rationibus, extollere cæpit varios ad eam inducendo Sacræ Theologiæ magiſtros, fortiter ad hoc contendendo, & Aragonum Regem, intima cordis devotione, humiliter deprecatus eſt, vt præcipere dignaretur præfatã, ad favorem Immaculatæ Conceptionis piiſsimam opinionem, in eius Regnis docere, & contrariam prohibere vt aſſerit doctiſsimus Marçal in ſuo memoriali pro Lullo.

Raymũd Hiſpaniã ſe confert

Miſteriũ immaulatæ Cóceptionis pro pugnat.

§. X.

RAYMVNDI PEREGRINATIONES VARIÆ ad fidẽ catholicã exaltandã, miſteriũ Conceptionis peculiariter defendit, & agit in Scolis.

Raymũd. Genuam venit.

AB Hiſpania vero, redux Raymundus; Genuã venit, vbi plurimos conſcripſit libros, ad

ad exaltandam fidem catholicam vtillimos; & ab hinc Vrbem Beatam Ieruſalem perrexit, Sacra illa Sanctuaria devotiſsime contēplando, ac humiliter adorando, viasque omnes per quas facilius expugnari poterat ſingulariter deſcribēdo, de quo poſtea librum conſcripſit: *de fine* appellatum; deinde autem in Civitatē Meſſanæ ſe conduxit, vbi aliquandiu moratus, aliquos conſcripſit libros valde eruditos; & ab hinc circa annum 1287. Romam peragravit; vt SS. Papam Honorium IV. induceret ad expugnationē Vrbis Ieruſalem, & converſionem infidelium; evanuit autem pia hæc Raymundi intentio propter obitum præfati Papæ, anno prædicto eventum; qua propter diſceſsit Raymundus á Romana curia, & Pariſium perrexit, vbi commentū Artis Generalis publice perlegit de conſilio Cancellarii Bertoldi, qui eumdē, vti divinum oraculum peculiariter colebat, & miſteriū Immaculatæ Conceptionis B. M. V. acerrimé propugnavit, & egit in Scolis, vt dicit idem Raymundus in Apoſtrophe ad B. V. Chriſtianiſsimos Franciæ Reges fortiter depræcando, vt piam hanc opinionem docere præciperent in eorum Regnis, & contrariā abolerent; quibus poſtea varios dicavit Raymundus libros, ex quibus ſunt: *Ars Philoſophiæ boni amoris, de principiis Philoſophiæ, de natali puerili parvuli*, &

Raymū l' Meſſanā venit poſtea Romā

Raymūd' miſteriū Concep. propugnat.

quam-

quamplures alios; poſtea vero recedens á Pariſiis, ad montem Peſulanū ſe contulit, vbi plurimos conſcripſit libros, ad Dei amorem, & infidelium converſionē vtillimos, provt ſunt; *Ars prædicandi maior, &c.* Miſterium etiā Immaculatæ Conceptionis acerrime propugnavit, variis argumentis, & rationibus in Scolis, vt ipſemet fatetur in Apoſtrophe ad B. V. M. & Regem Iacobum rogavit, vt piam hanc opinionem protegeret.

Tandem vero cupiens Raymundus, á monte Peſulano recedere: Rmus. Raymundus ordinis Minorū Miniſter generalis, de eius virtute, ſanctitate, ac doctrina conſcius: Epiſtolas commendatitias pro ſingulis ſui Ordinis provincialibus ei impertitus eſt, illos piiſsime admonendo vt Raymundum cariſsime exciperent in ſuis Conventibus, facultatem etiā Artē perlegendi quibusvis ſui Ordinis Fratribus, piiſsime conceſsit, quod accidit. Ann. 1290. vt patet in hoc acto tenoris ſequentis. Miniſter Generalis Ordinis Minornm Raymūd. favet.

IN CHRISTO SIBI CHARISSIMIS Miniſtris Provinciæ Romanæ Apuliæ, &c. Frater Raymundus Ordinis fratrum Minorum Generalis Miniſter, &c. Servus, ſalutem in Dño. & pacem ſempiteruā.

CVM ex debito charitatis teneamur omnibus, illis potiſsimé noſcimur obligari quibus nos Actū Min Gen. Ord. Minorū.

vera pungit devotio, & adſtringit certis beneficio-orum inditiis comprobata. Cum igitur Dominus Raymundus Lullius præſentis, amicus Ordinis, & devotus ab antiquo in revelandis fratrum noſtrorum inopiis gratioſus, & in ſubſidiis ſolicitus extiterit, & attentus, non immerito ipſum vobis in domino recommendo, diſcretionem veſtram rogans, quod cum ad veſtra declinaverit loca benigne recipiatis eumdem, & quemadmodum ſecundum Deũ poteritis, & decet noſtri Ordinis honeſtum in agendis, ſic ei aſſiſtatis ſolicité, quód ex denoto devotior fiat, & apud cæteros veſtra reluceat ſolertia commendanda. Cæterum cum dictus Dominus Raymundus quamdam artem doceat per quam convincere nititur infideles, volo quod vos miniſtri, ſi aliqui fratres Prouinciarum veſtrarum audire dictam artem fuerint conſolati, dictis ipſis fratribus licentiam, & dicto Domino Raymundo de conventu idoneo oportunitatem in quo poſſit frætribus oſtendere Artem illam, concedatis. Valete in Domino, & orate pro me, Datt. in Monte Peſulano VII. Kal. Novemb. Anno Domini MCC XC.

§. XI.

§. XI.

RAYMVNDVS ITERVM ROMAM peragrat, & plurima, ibi cum SS. Papa Boniſacio VIII. pertractat ad fidei catholicæ exaltationem, & infidelium converſionem. &c.

APoſtolicus autem vir Raymundus, animo ſemper intrepidus, fidem catholicam exaltandi, infideles convertendi, & cauſam Dei procurandi, cuius dicebat eſſe procuratorem, á monte Peſulano, iterum Romam venit, & SS. Papam Bonifacium VIII fortiter deprecatus eſt, vt vrbem Sacroſanctam Ieruſalem expugnaret, & varia Seminaria conſtrui, iuberet in aliquibus mundi partibus, vt variæ ibi docerentur linguæ ad convertendum infideles; librũ etiam conſcripſit, *Apoſtrophe Raymundi* intitulatũ, vbi neceſſariis rationibus miſteria fidei catholicæ probat, vt iis adiuti rationibus, Miſsionarii Apoſtolici, infideles ſalubriús reducere poſſent ad veritatem legis catholicæ, quẽ SSmo. Papæ Bonif. VIII. præfato dicavit, qui quidem liber, de ordine prædicti SS. Papæ, ſingulari cuſtodia repoſitus fuit in Biblioteca Vaticana, vt omnes extraneæ gentes illũ legere poſſent, eiusque profundas rationes conſiderare, &

Raymũd. varia Romæ cum Papa Boni facio viii. pctractat, ad fidei catholicæ exaltationem.

Apoſtrophe Ray. in Biblio. Vaticana cuſtodit.

adhuc hodierna die ibi extat, vt affirmat Pater Vernon in vita Lulli. cap. 27.

Raymundus autem nihil ex his Romæ aſſequi potuit á SS. Papa Bonifacio, nec de fundatione Seminariorum, neque de vrbis Ieruſalem expugnatione; quapropter conſtantiſsimo motus zelo, Dei negotia procurandi, á Curia Romana recedens, montem Peſulanum iterum venit, ibique conſtitutus Regem Iacobũ impenſe rogavit, vt inducere dignaretur SS. Papá Bonifacium, ad expugnationem vrbium infidelium, præcipue vrbis Beatæ Ieruſalem, eumq; viribus, & armis iuvaret, vt finem tam ſanctũ conſequeretur, & librum de fine, in quo vias, per quas Ieruſalem vrbs faciliús capi poterat, obtulit ei; quæ omnia tam pié præfato Regi propoſuit procurator Dei, & infidelium Raymundus, vt eius præcibus piiſsimus Rex Iacobus, & ipſomet præſente, oratorem miſſerit ad prædictum SSmum. Papam Bonifacium VIII. & obtulit ei totum ſuum Regnum, Perſonam, militiam, ac theſaurum, ad pugnandũ contra Sarracenos, omni tempore quo illi placeret, & Emis. ac Rmis. D. S. R. E. Cardinalibus; miſitque ad eoſdem librum de fine, quem Raymundus ei obtulerat quod totum diffuſe, refert idem Raymundus in fine libri cum Homerio Sarraceno, vt videre poteſt ibi benevolus

Raymũd' montẽ Peſulanum petit.

Rex Iaco. Raymũdi præcibus miſit Oratorem ad SS. Papá Bonifaciũ VIII.

Lector

Lector; poſt hæc autem Raymundus ſuũ ſanctũ propoſitum proſequens, á monte Peſulano, iterum Pariſios venit, & Chriſtianiſsimum Philipum Franciæ Regem humiliter rogavit, vt SS. Papam Bonifacium induceret ad expugnationem vrbis Ieruſalem Sacroſanctæ, & aliarum vrbium infidelium, cuius præcibus, ſtatim piiſsimus Rex: Oratorem miſit ad SS. Papam Bonifacium, vt tam vtile negotium procuraret; varia enim poſtea habuit Raymundus cum Chriſtianiſsimo Rege colloquia, & tam ingenti zelo Sacroſanctam legem catholicam propagandi ſecum alloquutus eſt, vt ab hinc præfatus Rex eum: *Organum Spiritus Sancti* ſemper appellarit; & in epiſtolis poſtea ad eum tranſmiſsis: *Organum Spiritus Sancti* ſemper appellatus eſt; quibus ita peractis, & videns Raymundus non poſſe adimpleri Sanctum negotium præfatum, vrbes infidelium abire decrevit.

Raymũd' Pariſios vadit.

Raymũdi præcibus, Rex Philip Franciæ mittit Oratorẽ ad SS. Pp. Bonifaciũ VIII.

§. XII.

RAYMVNDVS CVM SVBTILI IOanne Dums-Scoto alloquitur Pariſiis.

DEmorans itaque Apoſtolicus vir Raymũdus Pariſiis, plurimos conſcripſit libros ad fidei catholicæ exaltationẽ conſpicuos, quorũ vnus eſt: *Supplicatio Raymundi ad Pariſienſes,*

Alter vero: *De efficiente, & effectu contra quendam Averroiſtam.* (& hic in Conventu Beati Iſidori vrbis Romæ depoſitus eſt,) diſputavitq; cũ Subtili Dre. Ioanne Dums Scoto, quod ſic accidit: Quadam vero die præſente Raymundo in Academia Subtilis Dris. Ioannis Dums Scoti, & audiente Scotum perlegentẽ, atnotarunt diſcipuli, non placere Raymundo aliqua ab Scoto perlecta, de quo Subtilem Magiſtrũ animadverterunt; Scotus enim illud contemnens, non cognoſcendo Divinũ Raymundum, acceſsit ad eum, & interrogavit illum, dicens ei: *Dominus quæ pars*; Raymundus autem, cuius Spiritus in altum ſemper verſabatur, reſpondit ei verba hæc: *Dominus, non eſt Pars, ſed totum.* Valde miratus eſt Subtilis Dr talia audiens verba, divinitate plena; exiſtimabat enim ille, nulli ſubtilitate eſſe ſecundum; & obſtupuit, quia vidit primum; & tam ingenti animi ardore proſequutus eſt Illuminatus Raymundus incepta verba, loquendo de Deo, vt obſtupuere iterũ, atq; iterum Magiſter, & diſcipuli eius; plurima poſtea habuit Lullus cum Subtili Scoto colloquia, præſertim de Immaculata Conceptione Beatæ Mariæ Virginis quæ poſtea á Subtili Dre. acerrimé propugnata fuit, vti immunis ab omni originali labe, de quibus omnibus cum Subtili Doctore alloquutis, librum compoſuit

Raymũd' audit Scot perlegentem.

Miratur Scot', de Raymũdi verbis.

doctiſsimus Raymundus: *Diſputatio Raymundi cum Scoto* intitulatum, qui ſic incipit: *Dominus, quæ pars?* quem in catalogo librorum Lulli impreſſo Valentiæ Ann. 1515. enumerat Alphonſus á Proaza Emi. ac Rmi. D. D Franciſci Ximenes Toletani Præſulis Secretarii, & de præfato colloquio Raymundi cum Scoto tractant P. Vernon in Apologia pro Lullo cap. 13. Mut in vita Lulli, P. Marçal, in ſuo memoriali pro Lullo, & quamplures alii, ad quorum lecturam Lectorem remitto.

§. XIII.

RAYMVNDVS, AD INFIDELIVM vrbes ſe confert: eius prædicatio & evangeliſatio referuntur.

PRocurator autem Dei, & infidelium Raymundus, videns inter chriſtianos Principes, nihil aſſequi potuiſſe, ad expugnationem S. Ieruſalem vrbis, & infidelium converſionem; ad hoc, vt eos ab ignorantia removeret, & ad veram ſapientiam & cognitionem legis Evangelicæ induceret, vrbes illorum abire decrevit, nullatenus labores quoſlibet timens perpeſſurus: ad imitationem B. Pauli Apoſt. Act. 2. dicentis: *Spiritus Sanctus per omnes civitates mihi proteſtatur dicens: quoniam vincula, & tribulationes me manent, ſed nihil horum vereor, nec facio*

Animam meam prætioſiorem, quam me; dummodò conſumem curſum meum, & teſtimoniũ verbi Dei, quod accepi á Domino Ieſu, teſtificari Evangelium gratiæ Dei; nihil enim horum timebat Raymũdus; imó magna animi conſtantia ſtatuit ire in mundum vniverſum ad prædicandum Evangelium cunctis gentibus, vt præcepit D. Ieſus-Chriſtus; itaque á Pariſiis, iterum vrbem ſanctã Ieruſalem perrexit, ſacra eius ſanctuaria iterum viſitando, adorando, & humiliter contemplando, & abhinc in Regnum Chipri ſe contulit, & varia cum Rege Henrico habuit ſpiritualia colloquia ſupra res fidei catholicæ, illumq; rogavit, vt cunctos Sciſmaticos, Iacobitas, Neſtorianos, & alios á vera fide deviantes, ſuis concionibus intereſſe iuberet, vbi plurimos media eiuſdem prædicatione, ad Chriſti fidem convertit, cui quidem inſiſtens prædicationi, vix mortis periculum evaſit, veneno ab illis, ei propinato. Totũ hoc referunt P. Fullana in expoſitione cant. Lulli 144. Canonicus ſegui in vita Lulli, & Mut in vita eiuſdem.

Raymũd⁹ Vrbẽ ſanctam Ieruſalẽ petit.

Raymũd⁹ in Regno Chipri plurimos ad Xpi. fidẽ cõvertit.

Rurſus vero, cupiens Raymundus, ſemper animo conſtans, fidem catholicam ampliare; & plurimos labores pro Chriſto, & eius lege tuenda pati, vti magnam gratiam, & maximum lucrum reputabat, ſciens cum David: *quod prætioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum eius:*

Recedens itaq; á Regno Chipri, ad Regnum Egipti ſe contulit, ibiq; vidit Magnum Sultanũ & facultatem prædicandi Evangelium in eius Regnis ab eo obtinuit, quod quidem ardentiſſimo zelo, illis gentibus prædicavit, ſed quaſi nulla vtilitate propter duritiem cordis eorum; & ab Egipto in Civitatem *Bona*, Sancti Auguſtini ſedem ſe contulit, vbi rationibus evidentibus ſeptuaginta Philoſophos Averroiſtas ab illorum erroribus eripuit, & ad catholicam fidẽ convertit, vt referũt Mut in vita Lulli, Segui in vita eiuſdem, P. Fullana in expoſit. cantic. Pater Vernon in eiuſdem Lulli vita, &c.

Raymũd' in Regno Egipti Evang. Dei prædicat.

Raym. in civit. *Bona* 70. Philo. Averroiſt ad Xpi. fidem convertit.

Poſtea vero Raymundus Algerbias venit, vbi multos Sarracenos ad Chriſti fidem convertit, ſed ibi carcere mancipatus, frenoq; conſtrictus maxillis, intra quatuordecim dierũ ſpatium cibum non capit, neque potum, deinde publicé flagellatur per plateas, & vicos, & á toto pellitur Regno; ſed Evangelizandi munus non omittit, immó ferventiús exercet ſciens certe: quod non coronabitur, niſi qui legitimé certaverit; ab Algerbiis enim, vrbem Tuniciã perrexit, & frequentes ibi cum Sarracenis habuit conciones, plurimoſq; ad Chriſti fidem convertit; habebat enim occulte ſcolã, vt Sarracenos inſtrueret in fide catholica, ex quibus multi qui iã inſtructi erant in lege baptizabãtur

Ray. Algerb. multos Sarracenos ad Xpi. fidẽ convertit

Raymun. publicè flagellat.

Raymun. ſcolã habet. & Saracenos docet in civitate Tunicia.

Raymun. in carceres truditur, ibiq; Turcas, & Sarracenos prædicat.

Iterũ flagellatur Raymũd.

& aliquos alios, demonſtrativis rationibus ad legem Evangelicam reduxit; quidam verò Sarraceni, de hoc conſcii, Regem ſuum admonent de periculo ſuæ gentis ſeducendæ, quod ſciens Tunicius Rex, gravi iniuria motus contra Raymundum, iuſsit eum capi, & in carceres trudi, in quibus exiſtens, Turcas, & Sarracenos ardenter prædicabat; quapropter in catabulo obſcuro, immunditiis pleno recluſus eſt, ibiq; per ſeptem menſium ſpatiũ detentus extitit innumeras patiens calamitates, & tam vehementes, vt gravi morbo iactatus extiterit, cuius corpus innumeris animalibus immundis onuſtum extitit; á quibus omnibus, Dei adiutorio iam benè valens, á catabulo eductus eſt, & per plateas, & vicos Tuniciæ Civitatis publicé flagellatus, á toto pellitur Regno, præcepto capitali ibi amplius non redeundi; & poſtea ad navem deducitur, á Sarracenis graviter iniuriatus, alapis, verberibus, opprobiis, & erumnis, valde enim diſplicuit hoc Raymundo propter plurimorum Sarracenorum imperfectam converſionem, quos optabat Sacri Baptiſmatis aquis abluere, & in veram legẽ adducere, vt referunt, *Pater Fullana in expoſit. cant. Lulli 144. Canonicus Segui, in eius vita, & Pater Vernon in vita eiuſdem, &c.*

§ XIV.

RAYMVNDVS ITERVM ROMAM *peragrat, & cum SSmo. Papa Benedicto varia habet colloquia, & ab hinc plurimas agit peregrinationes ad Sanctam legem catholicam exaltandam.*

A Regno itaq; Tunicio pulſus Raymūdus, ac mare perlegens, vrbem Neapolitanam petiit, ibiq; Artem ſuam perlegit, & aliquos libros conſcripſit præſertim *Artem inventivã veritatis*, & legis catholicæ propagationem ſingulis commendabat; quapropter publicæ vtilitatis procurator, ab omnibus appellatus eſt; & ab hinc iterum Romam venit, & SS. Papam Benedictum, Bonifacio VIII. ſuccedentẽ denuó præcatur, vt infidelium vrbes expugnaret, præcipué vrbẽ ſanctam Ieruſalẽ; ſed nullatenús aliquid ex his aſſequi valuit; quapropter recedens á Romana Curia, Genuam iterum venit, ibiq; dies aliquot moratus, nobilitas Genuenſis obtulit ei magnum theſaurum ad expugnationẽ vrbium infidelium, præcipue ſacræ vrbis Ieruſalem.

Raymũ. Artẽ egit in vrbe Neapolit.

Procurat. publicæ vtilitatis appellat.

Nobilitas Genuẽſis, magnum theſaurũ offert Raymundo ad expugnatiorẽ vrbiũ infi.

Poſtea enim cupiens Raymundus ad vrbes Sarracenorum redire, vt eis veritatem legis catholicæ demonſtraret, optatum finem habere

non potuit, quia navis quædam ibi exiſtens, verſus portum Tunicium acceſſura, cito diſceſſit, Raymundo inſcio, quo tanto extitit Raymundus mœrore afflictus, vt gravi morbo iactatus extiterit, á quo divino implorato auxilio, iam bene valens, mirabiliter cingulo B. Franciſci tertii Ordinis, profitendo eius regulas inveſtitus eſt, quod ſic accidit: Dubitans autē valde Raymundus, vtrum habitum Divi Dominici, vel Divi Franciſci acciperet, & in dicto dubio exiſtens, neſciens quid facere deberet, vidit cingulum vnum in pariete poſitū mirabiliter, vocemq; audivit dicentem ei, vt habitū Divi Franciſci acciperet, quod quidem audiens piiſſimus Raymundus, Divi Franciſci habitū tertii Ordinis humilliſsimé accepit, vti legi in vita eius antiqua conſcripta á quibusdam Religioſis ſecum amicabiliier tractantibus, dum in humanis agebat, quæ in Blibiotecha Collegii Lulliani B. M. ſapientiæ extat.

Raymun. mirabilit. cingulo tertii Ordin. Divi Fran. inveſtitur.

Demum enim á Genua, vrbem Tuniciam, mare perlegens, venit Raymundus, vbi occulte viſitavit diſcipulos ſuos, & ſuaviter conſolatus eſt eos; ab hinc autem Bogiam, Sarracenorum vrbem petiit, ibiq; coſtitutus, infideles publicé prædicabat, & veritatem legis Evangelicæ, & falſitatem ſectæ Mahometanæ eis enuntiabat; quapropter in carceres truditur, & in eis exiſtēs

In Civit. Bogiæ Raym. in carceres

Sarra-

Sarracenos prædicabat, & cum eorum Philoſophis aſsidue diſputabat, præſertim cum quodá, *Homerio* appellato, qui magnus philoſophus á Turcis, & Sarracenis vocabatur, & rationibus tàm neceſſariis veritatem chriſtianæ legis, & iniquitatem ſectæ Mahometanæ ei demonſtravit; vt eum omnino convictum reliquerit; qua propter offenſus Homerius, & in obſtinatione ſua perſeverans, Regem Bogiæ rogat, vt Raymundum graviter puniat, vti ſectæ Mahometanæ flagellum; cuius præcibus præfatus Rex, eum primo flagellatum, á toto ſuo pellit Regno cum præcepto ibi amplius non redeundi, aliter pœna capitis puniretur; accidit enim, quod tunc navis quædam chriſtianorum, in portu Bogiæ exiſtebat, infra paucos dies diſceſſura, in qua Raymundus longo carcere, & iniuriis, quas ſuſtulerat fatigatus, Sarracenis impellentibus ſe coniecit, quæ quidem navis, cum ad civitatem Genuenſem ventura eſſet, tempeſtate coacta, ad portum Piſanum (*nunc dictum Livorno*) curſum divertit; á quo cum diſtaret per decẽ fere milliaria, naufragium paſſa eſt; Raymundus enim vnacum nautis quibusdam expoliatus, & nudus, divino latus auxilio, ad portũ Piſanũ vix aplicuit, & libris ſibi carioribus amiſsis in Mari, in civitatem Piſanam ſe recepit, vbi aliquot menſes morat⁹, & á Patribus Dominicanis

truditur; & Sarrac. prædicat, & diſputat cum Philoſop.

Fagellatur Ray. & pellitur á regno Bogiæ.

Navis in qua Ray. extabat, naufrag. patiur, & Ray nud⁹ ad portũ vix aplic.

in ſuo conventu chariſsime acceptus, recordatus diſputationis habitæ cum philoſopho Sarraceno, cæpit longa vigilia, & mentis elevatione diſputationem mente reflectere, & tandem librum conſcripſit eximia eruditione plenum; *Diſputatio cum Homerio Sarraceno* intitulatum, quem ſtatim miſit ad SS. Papam Clem. V. & ad Emmos. D. S. R. E. Card. vt ſcirent perfectè, quibus fundamentis Turcæ, & Sarraceni, legem Chriſtianorum deſtruere intendunt, & illum etiam miſit ad Epiſcopum Bogiæ, vt clare recognoſceret veritatem legis catholicæ, & falſitatem ſectæ Mahometanæ, eamq; Turcis, & Sarracenis nuntiaret. Totum hoc refert idemmet Raymundus in fine prænominati libri, ad cuius lecturam lectorem remitto.

Raymun. lib. conſcribit: de d ſp. habita cũ H. m Sarra. & miſit illũ ad Papam & Emos. D. S. &c.

§. XV.

RAYMVNDVS ROMAM ITERVM venit, SSmo Papæ Clem. V. Artem Generalem offert, qui quidem, de concilio Em. D. S. R. E. Card. illum mittit ad Pariſienſem Vniverſitatem, pro eius approbatione.

R
Ecedens autem divinus Raymundus ab vrbe Piſana, Romam venit, & SSmo. Papæ Clem. V. Artem Generalem obtulit, vt illã dili-

Raymun. SS. Papæ Clem. V. Artẽ Gen. offert.

diligenter examinare præciperet; qui quidem de conſilio Em. ac Rm. D. S. R. E. Cardinalium, Raymundum miſit ad celeberrimã Pariſienſem Vniverſitatem ingeniorũ paleſtrã, vt ibi præfatam Artem examini ſubiiceret (*vt refert Canonicus Segui in vita Lulli cap. 4.*) cuius tam pio Raymundus obtemperans iuſſui, á Curia Romana redux, ad Pariſienſe gimnaſium ſe contulit, & ibi publicé Artẽ perlegente, quadraginta Doctoribus pro cenſura deputatis, ac iuramento præſtito: præfata Ars approbata fuit, & nihil continere erroris; imo valde vtilẽ eſſe firmatum fuit menſe Februarii Ann. 1309. de quo Acta originalia extant Pariſiis, copiæ vero illorum authenticæ Palmæ extant, & ſunt huiuſmodi tenoris.

Raymun. vadit Par. vt Artem Generalẽ examini ſubiiceret.

Vniverſis, præſentes literas inſpecturis oficialis Curiæ Pariſienſis in Domino ſalutem. Noverint vniverſi quod in præſentia Magiſtri Ioannis de Salinas, & Michaëlis de Iunquerio noſtrorum clericorũ iuratorum, quibus in his, & maioribus fidem indubiam adhibemus, & quibus quó ad hæc commiſimus tenore præſentium vices noſtras, propter hoc perſonaliter conſtituti magiſter Maſtinus in Medicina Magiſter, Ioannes Scotus in Artibus Magiſter, Raymundus de Bitecun, in Medicina Bachalaureus, Fr. Clemens Prior ſervorum S. Mariæ Pariſienſis, Fr. Accurſius eiuſdem loci Magiſter., Petrus

Acta approbationis Artis Lullianæ.

Burgundus in Artibus Magiſter Ægidius de Valleſponte Magiſter in Artibus, Matthæus Guidonis in Artibus Bachalaureus, Gaufridus de Meldis, Ioannes Scotus, Petrus de Pariſiis, Hebrandus de Frigia, Lulabertus de Normania, Laurentius de Hiſpania, Guillermus de Scotia, Henricus de Burgundia, Ioannis de Normanis Bachalaureus in Artibus, & Magiſter Ægidius, & plures alii uſque ad numerum 40. in dictis ſcientiis experti aſſeruerunt per eorum iuramenta, non vi, dolo, metu, vel fraude ad hoc inducti, ſed ſua ſpontanea voluntate ad requiſitionem Magiſtri Raymundi Lulli audiverunt per aliqua tempora Artem, ſeu ſcientiam, quã dicitur feciſſe ſeu adinveniſſe, idem Magiſter Raymundus, quæ quidem Ars, ſeu ſcientia ſic incipit: Deus cum tua gratia, ſapientia, & amore, incipit Ars brevis, quæ eſt, &c. aſſeruerunt dicti Magiſtri, & omnes alii, vt prædicitur per eorum iuramenta coram præfatis iuratis noſtris, quód dicta Ars, ſeu ſcientia erat bona, vtilis, & neceſſaria, pro vt ipſi perpendere poterant, ſeu etiam iudicare; & quod in ea nihil erat contra Fidem Catholicam, ſeu etiam dictæ fidei repugnans, multa autem ad ſuſtentationem dictæ fidei, & ad ipſam facientia in dicta ſcientia poterant inveniri. Præmiſſa autem facta, acta, & teſtificata ab ipſis Magiſtris, & Bachalaureis, vt prætactum eſt coram prætactis Clericis iuratis noſtris, fuerunt in domo quam ad præſens

 inha-

inhabitat idem Magiſter Raymundus Lullus, in vico Buccriæ Pariſienſis vltra parvum pontē verſus ſequanam, pro vt ipſi iurati noſtri nobis retulerunt oraculo vivæ vocis. Ad quorum relationem ſigillum prædictæ Pariſienſis Curiæ duximus literis præſentibus apponendum in teſtimoniū præmiſſorū. Dat. Anno Domini M CCC IX. die Martis poſt octavam feſti Purificationis B. V. Glorioſæ.

M. de Iunquerio.

§. XVI.

RAYMVNDVS A PARISIIS ITERVM Romam venit, approbationem Artis ſuæ, SSmo. Papæ Clem. V. offert, & memoriale quoddam, plurima continens ad omnimodū mundi reformationem, & varias agit peregrinationes, ad Dei negocium procurandum.

RAymundus itaque, vti procurator Dei, & infidelium, animo ſemper conſtantiſsimus, ad legem catholicam exaltandam, á Pariſiis Romam venit, & SSmo. Papæ Clem. V. Approbationem Artis ſuæ præſentavit; obtulitq; ei memoriale quoddam, in quo tres principales petitiones continebantur, ad hoc vt vnitas fidei, & Religionis catholicæ per totum orbem procuraretur, quarum prima eſt: Vt in qualibet

Ray. approbationē Artis ſuæ Clē. V. offert.

Memori. offert Ray Clem. V.

1. petitio.

qualibet provincia chriſtianitatis fundaretur Seminatium quoddam, in quo viri doctiſsimi cupientes Deo ſeivire, & vitam pro eius amore offere, docerent Artem ſuam, & varias etiã linguas, vt auditores, rationibus Artis illius, & peritia linguarum imbuti, ad civitates infideliũ ſe conducerent, vti miſsionarii Apoſtolici, & infideles ad veritatem legis catholicæ inducere

2. petitio. poſſent. Secunda vero eſt: vt ex omnibus Religionibus militaribus fieret yna, cuius caput eſſet, ex ſanguine Regio, quæ quidẽ pugnare teneretur contra infideles nolentes acceptare prædicationem, ac diſputationem Miſsionari-

3. petitio. orum Apoſtolicorum. Tertia tandem eſt: vt Decima Eccleſiæ, quam Sanctitas ſua concedit Regibus, & principibus Chriſtianis, tota expenderetur in bello continuo contra infideles, quouſq; Beata Ieruſalem vrbs capta foret, & totus mundus vero iugo Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiiceretur. O quantum temporis laboravit Raymundus, vt Dei negotium ſupradictum adimpleretur? & quot peregrinationes egit? vt ipſemet aſſeiit in libris: *de fine, & de planctu Raymundi*, & in libro *diſputationis cum Homerio Sarraceno*. Sed nihil ex his aſſequi valuit; igitur á Romana Curia recedens, Armeniam peragravit, auxilium ab Armenis poſtulando, ad hoc pium negocium adimplendum,

qui quidem (*vt refert Canonicus Segui in vita Lulli cap.* 5) promiſerunt ei ſexaginta mille florenos ſingulis annis, ad pugnandum contra infideles vſque quo ſacroſancta Ieruſalem vrbs, ſub iugo Chriſtianorū extaret; ab Armenia autē Paleſtinam perrexit, & in regno Chipri conſtitutus, promiſſum fuit ei magnum teſaurum ad ipſummet Dei negotium adimplendum ibiq; pugnantibus inter ſe Rege, & fratre eius, reconciliavit eos, & in ſacroſācta religione catholica, piis eius admonitionibus confortatus eſt, & abhinc Romā iterum venit, & SS. Papæ Clem. V. omnia præaſſerta retulit, vt pium Dei negotium concludere videretur; ſed nihil potuit adimplere; quó benedictus ſit Deus, cuius iudicia incomprehenſibilia ſunt, & eius viæ inveſtigabiles, quæ humanus intellectus nullatenus capere poteſt.

Armeni Raymun. offerunt 60. mille florenos ad pugnādū contra infideles.

Raymun. inter fratres pacē conciliat.

§. XVII.

RAYMVNDVS GENVAM PERAGRAT, librum contemplationum deſcribit, ad Conciliū Viennenſe ſe confert, plurima ad fidei Catholicæ exaltationem petit á Sacro Concilio.

Raymun. deſcribit lib. contēplationū in Deum.

INfeſſus peregrinus Raymundus videns, nec per vnam viam, nec per aliam pium eius intentum concludere poſſe Romæ; abhinc

& aliquos alios, demonſtrativis rationibus ad legem Evangelicam reduxit; quidam vero Sarraceni, de hoc conſcii, Regem ſuum admonent de periculo ſuæ gentis ſeducendæ, quod ſciens Tunicius Rex, gravi iniuria motus contra Raymundum, iuſsit eum capi, & in carceres trudi, in quibus exiſtens, Turcas, & Sarracenos ardenter prædicabat; quapropter in catabulo obſcuro, immunditiis pleno recluſus eſt, ibiq; per ſeptem menſium ſpatiũ detentus extitit innumeras patiens calamitates, & tam vehementes, vt gravi morbo iactatus extiterit, cuius corpus innumeris animalibus immundis onuſtum extitit; á quibus omnibus, Dei adiutorio iam bené valens, á catabulo eductus eſt, & per plateas, & vicos Tuniciæ Civitatis publicé flagellatus, á toto pellitur Regno, præcepto capitali ibi amplius non redeundi; & poſtea ad navem deducitur, á Sarracenis graviter iniuriatus, alapis, verberibus, opprobiis, & erumnis, valde enim diſplicuit hoc Raymundo propter plurimorum Sarracenorum imperfectam converſionem, quos optabat Sacri Baptiſmatis aquis abluere, & in veram legẽ adducere, vt referunt, *Pater Fullana in expoſit. cant. Lulli* 144. *Canonicus Segui, in eius vita, & Pater Vernon in vita eiuſdem, &c.*

Raymun. in carceres truditur ibiq. Turcas, & Sarracenos prædicat.

Iterũ flagellatur Raymũd'

§. XIV.

§ XIV.

RAYMVNDVS ITERVM ROMAM peragrat, & cum SSmo. Papa Benedicto varia habet colloquia, & ab hinc plurimas agit peregrinationes ad Sanctam legem catholicam exaltandam.

A Regno itaq; Tunicio pulſus Raymūdus, ac mare perlegens, vrbem Neapolitanam petiit, ibiq; Artem ſuam perlegit, & aliquos libros conſcripſit præſertim *Artem inventivā veritatis*, & legis catholicæ propagationem ſingulis commendabat; quapropter publicæ vtilitatis procurator, ab omnibus appellatus eſt; & ab hinc iterum Romam venit, & SS. Papam Benedictum, Bonifacio VIII. ſuccedentē denuó præcatur, vt infidelium vrbes expugnaret, præcipué vrbē ſanctam Ieruſalē; ſed nullatenús aliquid ex his aſſequi valuit; quapropter recedens á Romana Curia, Genuam iterum venit, ibiq; dies aliquot moratus, nobilitas Genuenſis obtulit ei magnum theſaurum ad expugnationē vrbium infidelium, præcipue ſacræ vrbis Ieruſalem.

Raymun. Artē egit in vrbe Neapolit.

Procurat. publicæ vtilitatis appellat.

Nobilitas Genuēſis, magnum theſaurū offert Raymūdo ad expugnatione vrbiū infi.

Poſtea enim cupiens Raymundus ad vrbes Sarracenorum redire, vt eis veritatem legis catholicæ demonſtraret, optatum finem habere

non potuit, quia navis quædam ibi exiſtens, verſus portum Tunicium acceſſura, cito diſceſſit, Raymundo inſcio, quo tanto extitit Raymundus mœrore afflictus, vt gravi morbo iactatus extiterit, á quo divino implorato auxilio, iam bene valens, mirabiliter cingulo B. Franciſci tertii Ordinis, profitendo eius regulas inveſtitus eſt, quod ſic accidit: Dubitans autẽ valde Raymundus, vtrum habitum Divi Dominici, vel Divi Franciſci acciperet, & in dicto dubio exiſtens, neſciens quid facere deberet, vidit cingulum vnum in pariete poſitũ mirabiliter, vocemq; audivit dicentem ei, vt habitũ Divi Franciſci acciperet, quod quidem audiens piiſſimus Raymundus, Divi Franciſci habitũ tertii Ordinis humilliſsimé accepit, vti legi in vita eius antiqua conſcripta á quibusdam Religioſis ſecum amicabiliier tractantibus, dum in humanis agebat, quæ in Blibiotecha Collegii Lulliani B. M. ſapientiæ extat.

Raymun. mirabilit. cingulo tertii Ordin. Divi Fran. inveſtitur.

Demum enim á Genua, vrbem Tuniciam, mare perlegens, venit Raymundus, vbi occulte viſitavit diſcipulos ſuos, & ſuaviter conſolatus eſt eos; ab hinc autem Bogiam, Sarracenorum vrbem petiit, ibiq; coſtitutus, infideles publicé prædicabat; & veritatem legis Evangelicæ, & falſitatem ſectæ Mahometanæ eis enuntiabat; quapropter in carceres truditur, & in eis exiſtẽs

In Civit. Bogiæ Raym. in carceres

Sarracenos prædicabat, & cum eorum Philoſophis aſsidue diſputabat, præſertim cum quodã, *Homerio* appellato, qui magnus philoſophus á Turcis, & Sarracenis vocabatur, & rationibus tam neceſſariis veritatem chriſtianæ legis, & iniquitatem ſectæ Mahometanæ ei demonſtravit; vt eum omnino convictum reliquerit; qua propter offenſus Homerius, & in obſtinatione ſua perſeverans, Regem Bogiæ rogat, vt Raymundum graviter puniat, vti ſectæ Mahometanæ flagellum; cuius præcibus præfatus Rex, eum primo flagellatum, á toto ſuo pellit Regno cum præcepto ibi amplius non redeundi, aliter pæna capitis puniretur; accidit enim, quod tunc navis quædam chriſtianorum, in portu Bogiæ exiſtebat, infra paucos dies diſceſſura, in qua Raymundus longo carcere, & iniuriis, quas ſuſtulerat fatigatus, Sarracenis impellentibus ſe coniecit, quæ quidem navis, cum ad civitatem Genuenſem ventura eſſet, tempeſtate coacta, ad portum Piſanum (*nunc dictum Livorno*) curſum divertit; á quo cum diſtaret per decẽ fere milliaria, naufragium paſſa eſt; Raymundus enim vnacum nautis quibuſdam expoliatus, & nudus, divino latus auxilio, ad portũ Piſanũ vix aplicuit, & libris ſibi carioribus amiſsis in Mari, in civitatem Piſanam ſe recepit, vbi aliquot menſes moratꝰ, & á Patribus Dominicanis

truditur; & Sarrac. prædicat, & diſputat cum Philoſop.

Fagellatur Ray. & pellitur á regno Bogiæ.

Navis in qua Ray. extabat, naufrag. patiur, & Ray nudꝰ ad portũ vix aplic.

diligenter examinare præciperet; qui quidem de conſilio Em. ac Rm. D. S. R. E. Cardinalium, Raymundum miſit ad celeberrimã Pariſienſem Vniverſitatem ingeniorũ paleſtrã, vt ibi præfatam Artem examini ſubiiceret (*vt refert Canonicus Segui in vita Lulli cap. 4.*) cuius tam pio Raymundus obtemperans iuſſui, á Curia Romana redux, ad Pariſienſe gimnaſium ſe contulit, & ibi publicé Artẽ perlegente, quadraginta Doctoribus pro cenſura deputatis, ac iuramento præſtito: præfata Ars approbata fuit, & nihil continere erroris; imo valde vtilẽ eſſe firmatum fuit menſe Februarii Ann. 1309. de quo Acta originalia extant Pariſiis, copiæ vero illorum authenticæ Palmæ extant, & ſunt huiuſmodi tenoris.

Raymun. vadit Par. vt Artem Generalẽ examini ſubiiceret.

Vniverſis, præſentes literas inſpecturis oficialis Curiæ Pariſienſis in Domino ſalutem. Noverint vniverſi quod in præſentia Magiſtri Ioannis de Salinas, & Michaèlis de Iunquerio noſtrorum clericorũ iuratorum, quibus in his, & maioribus fidem indubiam adhibemus, & quibus quó ad hæc commiſimus tenore præſentium vices noſtras, propter hoc perſonaliter conſtituti magiſter Maſlinus in Medicina Magiſter, Ioannes Scotus in Artibus Magiſter, Raymundus de Bitecun, in Medicina Bachalaureus, Fr. Clemens Prior ſervorum S. Mariæ Pariſienſis, Fr. Accurſius eiuſdem loci Magiſter., Petrus

Acta approbationis Artis Lullianæ.

inhabitat idem Magiſter Raymundus Lullus, in vico Buccer iæ Pariſienſis vltra parvum pontẽ verſus ſequanam, pro vt ipſi iurati noſtri nobis retulerunt oraculo vivæ vocis. Ad quorum relationem ſigillum prædictæ Pariſienſis Curiæ duximus literis præſentibus apponendum in teſtimoniũ præmiſſorũ. Dat. Anno Domini M CCC IX. die Martis poſt octavam feſti Purificationis B. V. Glorioſæ.

M. de Iunquerio.

§. XVI.

RAYMVNDVS A PARISIIS ITERVM Romam venit, approbationem Artis ſuæ, SSmo. Papæ Clem. V. offert, & memoriale quoddam, plurima continens ad omnimodã mundi reformationem, & varias agit peregrinationes, ad Dei negocium procurandum.

RAymundus itaque, vti procurator Dei, & infidelium, animo ſemper conſtantiſsimus, ad legem catholicam exaltandam, á Pariſiis Romam venit, & SSmo. Papæ Clem. V. Approbationem Artis ſuæ præſentavit; obtulitq; ei memoriale quoddam, in quo tres principales petitiones continebantur, ad hoc vt vnitas fidei, & Religionis catholicæ per totum orbem procuraretur, quarum prima eſt: Vt in

Ray. approbatiõ Artis ſuæ Clẽ. V. offert.

Memori. offert Ray Clem. V.

1. petitio.

qualibet provincia chriſtianitatis fundaretur Seminarium quoddam, in quo viri doctiſsimi cupientes Deo ſeivire, & vitam pro eius amore offere, docerent Artem ſuam, & varias etiã linguas, vt auditores, rationibus Artis illius, & peritia linguarum imbuti, ad civitates infideliũ ſe conducerent; vti miſsionarii Apoſtolici, & infideles ad veritatem legis catholicæ inducere
2. petitio. poſſent. Secunda vero eſt: vt ex omnibus Religionibus militaribus fieret vna, cuius caput eſſet, ex ſanguine Regio, quæ quidẽ pugnare teneretur contra infideles nolentes acceptare prædicationem, ac diſputationem Miſsionari-
3. petitio. orum Apoſtolicorum. Tertia tandem eſt: vt Decima Eccleſiæ, quam Sanctitas ſua concedit Regibus, & principibus Chriſtianis, tota expenderetur in bello continuo contra infideles, quouſq; Beata Ieruſalem vrbs capta foret, & totus mundus vero iugo Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiiceretur. O quantum temporis laboravit Raymundus, vt Dei negotium ſupradictum adimpleretur? & quot peregrinationes egit? vt ipſemet aſſerit in libris: *de fine, & de planctu Raymundi*, & in libro *diſputationis cum Homerio Sarraceno.* Sed nihil ex his aſſequi valuit; igitur á Romana Curia recedens, Armeniam peragravit, auxilium ab Armenis poſtulando, ad hoc pium negocium adimplendum,
 qui

qui quidem (*vt refert Canonicus Segui in vita Lulli cap.* 5) promiſerunt ei ſexaginta mille florenos ſingulis annis, ad pugnandum contra infideles vſque quo ſacroſancta Ieruſalem vrbs, ſub jugo Chriſtianorũ extaret; ab Armenia autẽ Paleſtinam perrexit, & in regno Chipri conſtitutus, promiſſum fuit ei magnum teſaurum ad ipſummet Dei negotium adimplendum ibiq; pugnantibus inter ſe Rege, & fratre eius, reconciliavit eos, & in ſacroſãcta religione catholica, piis eius admonitionibus confortatus eſt, & abhinc Romã iterum venit, & SS. Papæ Clem. V. omnia præaſſerta retulit, vt pium Dei negotium concludere videretur; ſed nihil potuit adimplere; quó benedictus ſit Deus, cuius iudicia incomprehenſibilia ſunt, & eius viæ inveſtigabiles, quæ humanus intellectus nullatenus capere poteſt.

Armeni Raymun. offerunt 60. mille florenos ad pugnãdũ contra infideles.

Raymun. inter fratres pacẽ conciliat.

§. XVII.

RAYMVNDVS GENVAM PERAGRAT, librum contemplationum deſcribit, ad Conciliũ Viennenſe ſe confert, plurima ad fidei Catholicæ exaltationem petit á Sacro Concilio.

INfeſſus peregrinus Raymundus videns, nec per vnam viam, nec per aliam pium eius intentum concludere poſſe Romæ; abhinc

Raymun. deſcribit lib. contẽplationũ in Deum.

recedens Genuam venit, ibiq; libiũ conſcripſit: *Magnæ contemplationes in Deum* appellatum, in quo modum peculiarem Deum contemplandi, cunctis gentibus cuiuſvis ſtatus exprimit, zelo tam ardenti, & ſpiritu tam ſublimi, & erga Deũ elevato; quod pia mente exiſtimo volumẽ hoc ſufficientiſsimum eſſe, ad oſtendendum vniverſis, & ſingulis mundi incolis, ingentiſsimã charitatem in corde Raymundi exiſtentem ſemper, vt Deus ab omnibus rectiſsimé coleretur, & fides ſacroſancta propagaretur, vt in illo eſt videre, & in huiuſmodi veritatis comprobationem verba hæc alloquitur lib. 1. cap. 8. *O Domine Deus, qui ſervos tuos facis eſſe amantes, quia tua eſſentia eſt vna in Deitate, & altera Deitas in eſſe non exiſtit, niſi tua, ideo es tu Domine Deus completé virtuoſus, completé nobilis, & completé perfectus, & quoniam es tu Domine ita bonus ſupra omnes bonitates; placeat tibi non obliviſci nos, qui vivere debemus in tua eſſentia, & velis, vt cura noſtra in alio non ſit, niſi in tui ſervitio.* Et in lib. 2. diſt. 18. cap. 54. hæc aſſerit: *Pietatis Dominus, amoroſus, virtuoſus, dulcis, & ſuavis; cum veſtrum auxilium Domine, ſit refugiũ, & ſpes Beatorum, qui in eo confidunt; ideo ſervus tuus, ſub tua protectione poſitus confidit in veſtro auxilio, & rogat te, vt eum adiuves in hoc opere, quod eſt: Ars, & modus, vt tu ſis laudatus, amatus,*

Lib. contéplation. in Deum: ſufficienter demõſtrat Ray. charitaté eximiam.

& cognitus. Et pauló infra ſic deſcribit: *O Domine Ieſu Chriſte, qui recreaſti humanum genus tuo prætioſioſsimo ſanguine: cum tu ſis promptus ad iuvandum fideles qui tui amore laborãt; quomodo poteſt eſſe Domine Chriſtianum aliquem timorem habere prædicandi ſanctam fidem infidelibus, ob minacitates, & tormenta qualibet, quæ homo illi faciat, ſuppoſito quod tu es ex parte illius.* Et pauló infra ſic alloquitur: *Miſericors Dominus, benevolus in omnibus bonis: tu Domine iuvaſti populum tuum ſanguine tuo, & carne tua, ac lachrimis tuis, quando amore noſtrum crucifixus, & mortuus es; cum igitur tu Domine Deus iuvaveris populum tuum modo tam ſingulari: quomodo poteſt eſſe Domine, quod Chriſtiani ſimili modo non adiuvent miſeros infideles, qui defectu adiutorii vadunt in ignem perdurabilem.* Et in eodem libro cap. 52. ſic dicit: *Tu Domine, qui es tam largus, quod dediſti viris religioſis eſſe continentes, & contemplativos; placeat tibi dare illis perfectam voluntatem eundi ad demonſtrandum infidelibus errorem in quo ſunt.* Et pauló infra dicit: *Vere Deus: ſicut infideles cadunt in infernum, prout aqua quæ in lapides cadit, & iſtud cadere non ceſſet, placeat tibi Domine, vt benigné moveantur probi homines, & vadant ad prædicandum eis viam veram, vt cadere in infernũ ceſſet.* Et quamplurima alia deſcribit Divinus Raymundus in præfato volumine exprimentia

eius eximiam caritatem, vt Deus veré ab omnibus coloretur, & fides ſancta propagaretur, quæ brevitatis gratia omitto, benevolũ lectorẽ humiliter rogando, vt volumen illud percurrat, & veritatem prædictam infallibiliter inveniet.

Veritatem præaſſertam expertus eſt Iacobus Faber Stapulenſis, referẽs *in præfatione ad lib. 1. & 2. contemplationum Leone impreſſum*, quod Guilielmus Vaſſarius cui opulentia rerum non deerat; cum eſſet ex domo divite & primus filiorum, ſola lectione huius libri ſtatim relictis mundanis fortunis ad rigidam clauſtri obſervantiam confugit, & Nicolaus Moravus, Gãbruſius, Remundus Buccerius, & alii non pauci ſola huius libri lectione non aliter in ſæculo quã in arcta vitæ cuſtodia degerunt.

Sola lectione libri contemp. Lulli multi ſub Dei ſervitio poſiti ſũt.

Raymundus igitur, vt veræ fidei lampas inextinguibilis, inceſſanter laborabat, quamplurimos ſemper d ſcribendo libros, vt omnes homines recté Deum amarent, provt eſt liber; *de Blanquerna intitulatus*: qui quidem eruditiſsimus eſt, & modum recté vivendi, & Deo ſerviendi, cuiuſvis ſtatus gentibus oſtendit, & liber proverbiorum, in quo paucis verbis plurima docet vtiliſsima, vltra quod innumeros Lullus conſcripſit libros contra perfidos inimicos fidei catholicæ, in quibus rationibus neceſſariis eorum errores confutare videtur, pro vt

ſunt: *Liber de gentili, & tribus ſapientibus*, contra Iudæos, & Sarracenos, vbi evidentibus rationibus eorum leges, & trivolas aſſertiones confundit, *liber diſputationis cum Homerio*, vbi contra Sarracenos procedit, *liber quinq; ſapientum*, in quo contra Iacobitas, Iudæos, Neſtorinos, Græcos, Sarracenos, & quoſlibet á vera via deviantes profundiſsimé arguit, ſolvendo obiectiones quaſlibet contra veritatem legis catholicæ motas, & movendas, alios etiam deſcripſit Raymundus libros contra Averroiſtas, & eius ſectatores, vt infra dicemus, & quamplurimos alios in lucē ædidit pius eremita Lullus libros, ad veritatem huiuſmodi, quam ſincera mente enuntio confirmandam, quæ brevitatis gratia omitto, & videre eam poteſt prudens lector, eos percurrendo.

Exiſtimo enim, & pia mente diſcurrēs opinor, in tota vniverſali Eccleſia præter Apoſtolos, nullum virū extitiſſe, qui tot peregrinationes, & itinera egerit, & qui tot innumeras tempeſtates, naufragia, & alias calamitates perpeſſus ſit, ad ſacroſanctam legem catholicam ampliandam, & qui tot innumeros libros deſcripſerit, ad eam fortiter rationibus neceſſariis propugnandam, ſicut B. Raymundus Lullus, vt ita enumerant proceſſus eius vitæ, receptus auctoritate Apoſtolica, traditio antiquiſsima, & fama, Ray. plus omnibus laboravit.

ſama, ac vox omnium publica, & libri eiuſdē, qui totum præaſſertum omnibus evidenter pateſaciunt; Raymundus enim vir apoſtolicus á Deo electus, & miſſus, vti eius procurator: ſcriptis, verbo opere, & exemplo, & quaſi tuba exaltans vocem ſuam huiuſmodi veritatē firmavit in Arte 5. ſtatuum ſub nomine: *de Blanquerna*, lib. 4. cap. 91. vbi ſic dicit: *Clamare volo & prædicare per Plateas, & per vicos Civitatis, & Oppidorum modum quo gentes adorare debent Deū, eumq; rogare principaliter, & maximé ad hoc, quia eſt ſupremum bonum, & dignum, vt ob ſui bonitatem, & ſuammet perfectionē homo adoret eū, amet, & reverentiam, & honorem exibeat illi.* Et in libro, cui titulus eſt: *Pii Eremitæ Raymundi Phantaſticus cap 1. in fine*, ſic deſcribit: *Homo fui in matrimonio copulatus, prolem habui, competentér dives, laſcivus, & mundanus, omnia, vt Deo honorem, & bonum publicum poſſem procurare, & ſanctam fidem exaltare, libenter dimiſi, Arabicum didiſci, pluries ad prædicandum Sarracenis exivi, propter fidem captus fui, incarceratus, verberatus quadraginta quinq; annis: vt Eccleſiam ad bonum publicum, & Chriſtianos Principes movere poſſem, laboravi, nunc ſenex ſum, nunc pauper ſum, in eodē propoſito ſum, in eodem vſq; ad mortem manſurus: ſi Dominus ipſe dabit: quid ergo? an hoc tibi fantaſia videtur? an non videtur? conſcientia tua iudex*

Nota verba hæc B. Raymun.

exiſtat

exiſtat. Verum intentionem tuam phantaſticam mihi percipere videor, nam & Deus iudex erit: quem neq; potes cogere, nec decipere. Hæc Lullus. Raynũd. ad Vienn. Conſiliũ ſe confert & varia petit á ſacro Con.

Tandem Ann. Domini 1311. ad ſacrum Viennenſe Conſilium ſub Clem. V. Viennæ celebratum ſe contulit, & plurima petiit á Sacro Concilio ad ſacroſanctæ fidei exaltationem, & infideliũ converſioné, præſertim quinq; quorú prima petitio hæc fuit: vt ſcilicet Dominus Papa decimam totius Eccléſiæ conſignaret ad expugnandum inimicos fidei, quouſq; ſacra Ieruſalem vrbs á iugo infidelium eriperetur; nam vt ipſemet Lullus teſtatur *in fine libri diſputationis cum Homerio Sarráceno: decima ideo laborantibus data eſt, vt Eccleſia per ipſam honoretur, & augeatur fides catholica; non autem vt Reges ipſam deducant in alios vſus, forſán non bonos, quod malum eſt.* 1. Petitio

Secunda vero, vt fundarentur ſcolæ in omnibus Regnis Chriſtianitatis, vbi variæ docerentur linguæ ad faciliús convertendum infideles, cuius perſuaſione, (*vt referunt Vvadingo, Mut, doctiſsimus Març al in ſuo memoriali, Pater Vernon in eius vita, & plures alii*) Sacrum Viennenſe conſilium ſtatuit, vt in Vniverſitatibus Romæ, Pariſii, Bononiæ, & Salmanticæ fundarentur Cathedræ linguarum, hebraicæ ſcilicet, & caldeæ, exprimendo cauſá. *vt inſtructi* 2. Petitio

ſufficientér in linguis, fructum ſperatum, poſsint producere, fidem propagaturi ſalubritér in ipſos populos infideles. Decretum huiuſmodi extat in Clem. 1. de Magiſtris.

3. Petitio Tertia autem petitio fuit, vt ex Ordinibus militaribus fieret vna, cuius Dux eſſet ex ſanguine Regio, quæ quidem ſemper pugnare deberet contra infideles quoſlibet prædicationem evangelicam accipere nolentes, & tam fortitér pugnaret, vſquequo Beata Ieruſalem vrbs expugnaretur.

4. Petitio Quarta enim, vt Papa in toto mundo duodecim haberet procuratores, aſsignãdo cuilibet locum, in quo morari deberet, vt eorũ epiſtolis mediantibus, ſciret totiùs mundi ſtatum.

5. Petitio Quinta nãq; petitio fuit, vt omnimodé prohiberentur ab ſcolis opera Averrois, vti ſuſpecta in fide, & varios complectentia errores, contra quos plurimos conſcripſit Lullus libros, præſertim *Librum lamentationis Philoſophiæ contra Averroiſtas.* ad Philipum Francorum Regem dicatum Ann. 1310. & Argentorati impreſſum anno 1651. & *Artem Theologiæ, & Philoſophiæ miſticæ contra Averroim*, & alterum, librum: *De reprobatione errorum Averrois, & de exiſtentia, & agentia Dei contra Averroim*; hæc autem petitio fuit adimpleta poſtea in Concilio Lateranẽſi ſub Leone X. de quibus omnibus

peti-

petitionibus librum conſcripſit Raymundus, cuii titulus eſt: *Petitio Raymundi in Concilio generali pro miſsione vniverſali*, qui quidem liber, in Bibliotecha Sorbonæ Pariſiis extat, vt refert R. Vernon *in ſua Apologia fol.* 382. dicit amplius idem Vernon *in vita Lulli cap.* 14. Philipum vocatum pulchrum Galliæ Regem Lulli ſuaſione fundaſſe collegium Navarræ, vt in illo docerentur linguæ: Hebraica nempe, Caldaica, Siriaca, & Arabica, quibus inſtructi Miſsionarii, irent ad prædicandũ infideles, quod poſtea tranſlatum fuit in Civitate, cui nomẽ eſt: *Cambrai*, quod hodierna die ibi extat; Raymundus enim Dei procurator, & infidelium; excellenter incæpit, quod Divus Ignatius á Loyola tam complete adimplevit.

Lulli ſuaſione Philip⁹ Galli Rex Collegiũ fundat.

O benevole Lector vis experientia comprobare ingentem Raymundi charitatem, vt omnes homines ſalvi fierent: audi verba eiuſdem in libro de fine part. 1. Palmæ Balearium impreſſo ann. 1665. loquendo de ordine ſervando ad convertendum infideles, & de fundatione Seminariorum, quæ ſunt hæc: *Fides catholica incæpit tam prædicatione, & multiplicata fuit cũ ſanctitate, ſanguine, & labore: vnde ſequitur, quod ſua multiplicatio conſiſtat in potentia Sanctitatis, Martyrii, & laboris; ſed quare in tempore in quo ſumus non eſt in multiplicatione? Reſpondendũ eſt,*

Raymũdi charitas, vt tot⁹ mũd⁹ ſalvet.

quia non habemus Martyres, neq; Prædicatores ex ferventi deſiderio laborantes, ſic de ſanctitate qualiter Dominus Deus noſter eſt. Et quid mirum, ſi miracula modo non ſunt, ſicut erant in tempore Apoſtolorum? Ha Papa Domine qualiter eritis benedictus! Et ó Domini Cardinales qualiter eritis renumerati! Et ille maximè Dominus Cardinalis, qui iſtud officium pertractabit! Incipite pro Deo, incipite: nam mors venit, & mille anni ſunt iam præteriti, in quibus melius negotium inceptum nō fuit. Ne timeatis loqui, neq; pecuniæ paucitatem, quam fortè aliqui Epiſcopi, ſeu Prælati ad Dei bonum ſervitium non expendunt; & tamen plusquā dictum ſit non conſtaret. Et neſcitis quod Sarraceni Arſciſtinos nutriunt propter bona temporalia huius mundi? Quid mirum ſi nutriatis Sanctos ad multiplicandum honores Ieſu-Chriſti, & gentium ſalvationem? Et iam dixerunt Apoſtoli Ieſu-Chriſto: Ecce duo gladii, hic, & ipſe reſpondit ſatis eſt; & per hoc fuit figuratum, quod bellare debetis cum prædicatione, & cum armis contra homines infideles. Et neſcitis vos quod Chriſtus dixit: qui non eſt mecum contra me eſt, & quod ipſe præcepit dictum negotium figuratè in quantum Math. 22. dixit: Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, &c.

Infallibilitas charitatis Raymūdi

Igitur Raymundus vir apoſtolicus ingentiſſimam charitatem habuit, vt totus mundus ſalvus fieret verbo ſcilicet, opere, exemplo, &

ſcriptis

ſcriptis poſteritati demandatis; exiſtimo autẽ certé quemlibet hominem, ſi rationabilis eſt, & recté diſcurſivus, hoc nullatenus negare poſſe; ex operibus enim cognoſci debet veritas huiuſmodi, quæ ſic illã demonſtrãt, & cunctis patefaciunt.

§ XVIII.

RAYMVNDVS DEI PROCVRATOR acerrimus, multum adhuc laborat pro eius fide amplianda.

A Vienna enim redux Raymundus, & Evangelium Dei ſemper in corde ſuo portans, Complutum venit, vt diſponeret fundationem Collegii linguarum, & eius Regentes eligeret, vt dicit *P. Vernon in vita Lulli cap.* 14. & poſtea, Palmam patriam ſuam remigravit, vbi ab omnibus benigniſsimé acceptus, & aliquandiu ibi moratus aliquos deſcripſit libros, præcipué *Expoſitionem orationis dominicalis*, & librum, *de Ave Maria*; lingua enim eius calamus erat Scribæ velociter ſcribentis; poſtea enim á Palma recedens, in Regnum Ciciliæ ſe contulit, & abhinc vrbem Sanctam Ieruſalem iterum perrexit, ſacras Domini Noſtri Ieſu Chriſti reliquias humiliter adorando; & abhinc Regnũ Angliæ peragravit, vbi varia cum Angliæ Rege habuit colloquia, illum fortiter admonendo, vt

Raymun. Compluтum petit.

Raymun. magn⁹ in Philoſop. Magiſter apellatur ab Anglis

Sacroſanctam legem catholicam ampliare procuraret; aliquos adhuc ibi conſcripſit libros; quapropter ab Anglis: *Magnus in Philoſophia Magiſter* appellatus eſt, & ab Anglia redux, Ciciliam iterum venit, vbi librumq́ conſcripſit, *de ſubſtantia, & accidente* intitulatum, in quo neceſſariis rationibus exiſtentiam SSmæ. Trinitatis probat; hoc enim accidit anno. 1313. menſe Auguſti; anno vero 1314. menſe Maii, vltimum conſcripſit librum, cui titulus eſt: *de conſilio Divinarum dignitatum*, quem miſit ad Curiam Romanam (vacabat enim B. Petri ſedes) & ad aliquos Principes Chriſtianos, vt eũ devotè legerent, ac eius documenta acciperent, *vt referunt P. Marçal in ſuo memoriali, & Vernon in eius vita.* Multum enim laboravit Apoſtolicus Raymundus, ad Dei negotium procurandum, eiuſq; fidei propagationem; & tã vehementer, vt medicinæ artem practicaverit multoties inter infideles, vt media aſsidua cum eis familiaritate, corpus ſanando, animam etiam ſanare valeret, *vt dicit Vernon in eius vita.* Sed quid mirum, ſi Spiritus Dei erat in illo, & cui vult ſpirat.

Ray. vltimũ deſcribit librũ.

Ray. Artẽ Medicin. practicat int. infid.

Ray. ſex capitula generalia Fratrum petiit.

Piiſsimus autem Raymundus zelo propagandi fidem catholicam, & convertendi infideles ardens, tria abiit capitula fratrum prædicatorum, & tria fratrum minorum, *vt referunt*

Nico-

Nicolaus de Pax, in eius vita, P. Fullana in expoſ. cant. 144. Lulli, & Mut in eius vita, & quadã die celebrantibus fratribus prædicatoribus in Civitate montis Peſulani Capitulum Generale, magna Epiſcoporum, & Prælatorum aſsiſtentia, comparuit ibi Raymundus, nomine procuratoris Dei, & infidelium, & audiens fratres legentes varios libros, in quibus ſcripti extabant plures eorum ordinis fratres, qui mortui erant vſq; ad annum illius Capituli Generalis, erectus eſt in pedes, dicens ſe eſſe procuratorem Dei, & infidelium, vt ſcilicet illorum converſionem procuraret, dixitq; ante omnes verba iſta: *Si de morte fratrum quorum animæ vivunt in Paradiſo, fit mentio in hoc capitulo! quanto plus mentio fieri deberet de morte infidelium, qui moriuntur in peccato ignorantiæ, & perdunt vitam perdurabilem, moriuntur enim, & eunt in ignem infernalem, certe plus opporteret, vt de his ſimiliter memoria fieret, & daretur eis doctrina, per quam venirent ad cognitionem, quod Ieſus-Chriſtus abſtulit peccata mundi, incarnatione ſua paſsione, morte, & eius reſurrectione mediantibus.* Quibus auditis á Ris. Patribus Capituli illius, & aliis ibi aſsiſtentibus, valdè mirati ſunt, videndò zelum Divini Raymundi, veri procuratoris Dei, & firmiter ſtatutum fuit, vt in omnibus Capitulis generalibus, poſtea celebraturis, mentio fieret de infidelibus

quia moriuntur in peccato ignorantiæ, adhoc, vt daretur eis doctrina, media qua venirent in viam ſalutis æternæ. Totum hoc refert *ipſemet Lullus in libro quarto de Blanquerna cap.97.* vide ergo prudens lector Illuminati Raymundi magnum zelum exaltandi fidem catholicam; quia hic eſt, qui mundum vniverſum omnimodé reformare conatus eſt, vt Deus rectiſsimé á cunctis gentibus coleretur; hic eſt, qui converſionem infidelium ardentiſsimé procuravit, & tot annis in hoc laboravit, quod præter Apoſtolos, omnibus antecelluit. Sanctus pro omnibus exiſtens. Hic eſt qui tot abiit Summos Pōtifices, & Reges, Hiſpaniarum nempe, Galliæ, Chipri, Ciciliæ, Maioricarum, Aragoniæ, Angliæ, Perſiæ, Armeniæ, &c. Nihil aliud attendendo, quā Dei verū cultū, & infidelium converſionem in omnium cordibus infundere, Dei gratia mediante vt vniverſo orbi clariſsimé notum eſt, & ex eius operibus, & ſcriptis ſatis ſufficienter patet. Tandem vero videns Apoſtolicus Raymundus ætatem iam ducere circa ſeptuaginta novem annorum, ab vrbe Meſſanæ, in Palmam patriam ſuam, illi ſemper chariſsimam reverſus eſt, ibiq; ab eius conſanguineis, amicis, & totius Regni Balearis incolis chariſsimé acceptus eſt.

Raymun. ab vrbe Meſſanæ redux, Palmā venit.

§. XIX.

§. XIX.

RAYMVNDVS SVMMOPERE *Martyrii Palma laureari peroptat, & omnium iniquarum artium acerrimus perſequutor extat, & alia notatu digna.*

DEmorans igitur Raymundus in Civitate Palmæ, ſummoperé peroptabat palma martyrii laureari, propter quod ingentiſsima devotione Deum contemplando, cum aſsiduè rogabat, vt pium eius deſiderium adimplere dignaretur, quod iam antea, plurimis iteratis vicibus, ſumma cordis devotione, ab eodem petierat, & repetierat, vt conſtat in libro Contemplationum in Deum lib. 2. cap. 58. in quo ſic deſcribit idem Lullus Deum contemplando: *B. ati ſunt illi Domine, qui in hoc mundo veſtiuntur rubeo colore, rubeiſq; pannis, ſimilibus illis, quibus tu inveſtitus es in die mortis; vnde Beatitudinem hanc, ſperat á te ſervus tuus ſingulis diebus, vt veſtes ſui cooperiantur ſanguine, ac lachrimis, ſi tibi placet, vt ille moriatur amore tui*, & in eodem libro cap. 85. ita dicit: *In illa die Domine, quando pugnabo cũ inimicis fidei, qui procurabunt vincere me cum viribus ſuis, & verbis, confidam ego, & certé credam eos vincere, cum veſtro auxilio, & benedictione.* & in lib. 3. cap. 29. hæc allo-

Ray. cupit mori pro Xpo.

alloquitur: *Miſericors, & exaudibilis Deus: primus ſapor quem cœpi guſtare in hoc mundo, fuit lac mulieris, & mors erit ſapor vltimus mei guſtus; vnde tuam miſericordiam flebiliter deprecor, vt concedat mihi ſuplici ſervo tuo, vt quemadmodum os meum primitùs lac guſtavit, vt per illum vivificari poſſet meum corpus, ſic vltimus ſapor mei guſtus, ſit effuſio ſanguinis mei corporis, quem effundam pro exaltatione tui nominis inter infideles, & barbaricas nationes.* Et cap. 132. eiuſdem libri, hæc refert: *O dulciſsime, & piiſsime Domine, quãdo erit dies illa, in qua ſervus tuus videbitur ligatis manibus, eius tormenta pati in corpore ſuo, & morietur amore Domini ſui, & Salvatoris ſui.* Et quamplurima alia aſſerit Raymundus in præfato libro in huiuſmodi confirmationem, quæ brevitatis gratia omitto, & ad eius lectură benevolum lectorem remitto.

Ray. non tantũ ſibi, ſed etiam aliis martyr. cupit.

Raymundus etenim, non tantum ſibi, ſed etiam aliis, palmam martyrii peroptabat, vt patet in eodem libro cont. cap. 90. vbi ita dicit: *Ieſu Chriſte Domine noſter: cum tu ſis mortuus propter amorem hominum in viliori, & atrociori morte, qua mori poſsit homo quilibet, rationẽ habemus Domine, vt nos moriamur amore tui, & quia mori pro te eſt glorioſior mors, & honoratior, qua poſsit homo mori.* Et in fine libri diſput. cum Homerio Sarraceno in huiuſmodi confir-

mationem inter alia hæc profert: *Ex quo libro, & ex ante dictis, ſatis patet manifeſtè quantum eſſet bonum, quod Papa, & Rdi. Cardinales, qui ſunt theſaurus Eccleſiæ, vt mundus reſtauretur in bono ſtatu, intenderent ad tria, ſine quibus non poteſt eſſe in bono ſtatu, quæ tria cum ſint in potentia, & otioſitate & poſſent reduci ad actum per maiores noſtros, & non reducuntur; maximè per illos, quibus per vicariam B. Petri, comendatus eſt mundus vniverſus maximam culpam attribuunt Chriſtianis, & fidei catholicæ magnum detrimentũ; eſt primum, è tribus, quod Dominus Papa, & Rdi. Cardinales, curarent, vt quatuor, vel quinq; monaſteria conſtruerentur in perpetuum, in quibus viri Religioſi, & Sæculares, literati, ac devoti, ferventes in charitate, & cupientes mori pro veritate, ac lege illius, qui pro ſalute noſtra, mortem non timuit, addiſcerent diverſa idiomata, & linguas, & deinde irent ad prædicandũ evangelia per vniverſum mundum, vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus in ſua lege benedicta præcepit. &c.* Igitur exactiſsimè conſtat, ingens Raymundi deſideriũ erga martyrium; & non ſolum ſibi, ſed etiam aliis, ab ipſo ſummoperè queſitum; in nullo autem ſperabat Raymundus, niſi in Domino Deo Ieſu Chriſto, & vti Dei procurator, amorem Dei omnibus commendabat, ſcientias quaſlibet impias, à vero Dei amore, & perfecta eius

cognitione deviantes, fortiter abominatus eſt, vt ſic expreſſe præcantavit illud in lib. canticorum amici, & amati, cant. 347. his verbis: *obviam fecit amicus aſtrologo cuidam futura prædicenti, petivitq; ab eo: quid erat aſtrologia illius? qui quidẽ dixit ei: eſſe ſcientiam ad futura preſciendum; falleris (dixit ei amicus) non eſt ſcientia, ſed fraus ſcientiæ, & velum Necromantiæ, ac Phithomanthiæ, ſcientiaq; fictorum, ac mentientium prophetarum, infamantium opus ſupremi Magiſtri, nuntia ſemper iniquarum novitatum, quam reprobat, & extirpat providentia mei amati, promittens dare illa bonum, loco malorum, quæ ſecum fert.* Et cant. 348. in huiuſmodi veritatis confirmationem, verba iſta deſcribit: *Ibat amicus clamãs: O quam vani ſunt multi homines, qui verſantur erga curioſitates, & amant præſumptionem, propter hoc, vt per curioſitatem cadant in maiori impietate quæ ſit, hoc eſt: abuſum faciunt de Dei nominibus, & invocant, mediantibus incantationibus, & deprecationibus ſpiritus malos, vti Angelos bonos, illisq; attribuunt nomina Dei, & Angelorum bonorum, male vtuntur rebus ſacris, cum characteribus, figuris, & imaginibus iniquè, & per præſumptionẽ ſeminatæ ſunt in mundo omnes errores, ploravit amicus valde fortiter, ob tot iniurias, quas committunt homines ignari contra amatum ſuum.* Itaque Africæ Apoſtolus Lullus, charitate

abundus cunctis populis annuntiavit ſcelera, ac peccata eorum, & varias Regiones, ac loca vaſtiſsima peragrans verum Dei cultũ, & amorem ſingulis patefecit, verbo, opere, exemplo, & ſcriptis innumeris.

§. XX.

RAYMVNDVS A PALMA, BOGIAM venit, ibique conſtitutus infideles ardenter prædicat.

DEi nuntius, ac legis eius integerrimus propugnator Raymundus Lullus, animo ſemper conſtantiſsimus, vitam offerendi pro Chriſto, die martii 14. Auguſti 1314. ingenti omnium Balearium dolore navem conſcendit, Bogiam verſus, ibiq; feliciter Deo duce, perventus, aſsiduè cum Turcis, & Sarracenis, diſputando, tempus perducebat, & poſt menſem vnum, Epiſtolam quamdam miſit, ad perilluſtres Regni Maioricarum Conſules; cuius rei veritas, evidenter patet ex ſcripturis antiquiſsimis prædicti anni 1314 in Regia Patrimonii Maioricarum curia reconditis, quod quidem in acto publico recepto die 14. Aprilis 1614. deſcribit Matthæus Calafat Nottarius, & Archiverius præfatæ curiæ, vbi inter alia, in lingua vernacula antiqua, ego autẽ, in latino ſermone

Ray. die 14. Aug. an. 1314. á Palma, Bogiá petit.

Annotat. antiqua Ray. navigii Bogiã petendo.

ſic dicit: *Nota, quod hodie, die videlicet martii 14. Auguſti ann. 1314 navẽ conſcendit Magiſter Raymundus Lullus, ad eundum verſus Bogiam, & navem conſcendendo, magnam habuit gentium ſocietatem, præcipue Iuratorum, qui erant Ludoviſius de S. Martino, Andreas Roig, Ioannes Borras, & Antonius Aguilo, Fr. Amator, & Fr. Antonius Ferrer, ac plurimi alii, condolendo maximè de eius diſceſſu, & navigatione, & poſt menſem vnum, epiſtolam miſit ad Iuratos tenoris ſequentis: Magnifici & ſapientes Domini, ac fratres in Chriſto: notitiam do vobis de meo felici acceſſu, ad portum Bogiæ, mediantibus, bonitate, & gratia Domini Dei, & Domini mei, qui incipit me introducere ſub eius ſervitio, modo quo poſsim habere intentum, & rectè dirigere res meas, propter quas volui facere pertranſitum meum; Deus dirigat res ad bonum finem, & velit mihi dare gratiam in omnibus, vt rectè procedam in mea intentione bona, & ſancta.* Hanc vti authenticam, & curioſam antiquitatem, deſcribere volui in hoc Paragrapho, vt veritas præaſſerti fortius eluceſceret; excuſet igitur prudens lector prolixitatem, amore Dei.

Raymũ in Bogia exiſtẽs, epiſtolã ſcribit ad Cõſul. Reg. Balearis.

Ray. vt alter Pau. converſionẽ gentiũ procurat.

Commorabatur itaque Athleta fidei ſacroſanctæ acerrimus, Raymundus in Civitate Bogiæ, vltra ducentum milliaria, á Regno Baleari diſtanti, & vt alter Paulus, gentium converſionẽ omnigenus procurabat, infideles dirigendo,

vt Deus, (benedictus ſemper ſit ille) ab eis rectiſsimé recoleretur, intelligeretur, & amaretur, per quos erat incognitus, & offenſus propter infidelitatem, & alia crimina, exprimendo illis veram notitiam legis Chriſtianæ & complementũ virtutis, docendo eos, & inſtruendo in ſacroſanctis miſteriis fidei, vt per eorum notitiam, exirent á tenebris ignorantiæ, & infidelitatis, & poſtea in luce ambulantes, Deũ perfecté, ac recté diligere valerent, numquã enim ceſſabat Divinus Lullus eloqui illis, de verbis Dei, quod magnus honor, gloria admirabilis, & incrementum plurimum Eccleſiæ Dei eſt, vt facile eſt cernere in ſtudioſo illo clamore vatis Regii Pſal. 47. 13. & 14. *Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda veſtra in virtute eius, & diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenia altera.* quod exponens R. P Fr. Ioſephus Ferrer in Pharo Evangelico tract 1. ſect. 15. num, 302. de Prædicatoribus, qui infidelium converſionem procurant, intendit: hæc ſunt verba inter alia: *Vt intelligamus, ad quod ſpecialiter loqueretur, videlicet vt arbitror, ad prædicatores, qui infidelium converſioni operam navant, aut debent navare; nã primo monentur circumdare Sion, & eam amplecti, id eſt, non in aliquo conſiſtere angulo, aut Civitate, avt Regno aliquo patrio, ſed circuire, & amplecti*

Sionem, id eſt omnem in orbe locum á Deo deſtinatum fundandæ ac dilatandæ Eccleſiæ, quæ hic, vt communiter ferunt interpretes: Siō appellatur, &c. Videns enim Raymundus, Sarracenos in ſuis iniquis ſectis falſi mahometi, tam fortiter eradicatos, die quadam, divino motus impetu, in publica platea conſtitutus eſt, & ardentiſsimo zelo, Turcas, & Sarracenos patenter prædicare cæpit, hac, vt veriſimile eſt Apoſtrophe parenetica: *Vos venitis ad me: O perverſa progenies, non ad ſacroſanctam fidem catholicam, quā vobis prædico amplectendam, ſed vt in me perverſa veſtra conſilia expleatis: neſcitis enim, quod multis abhinc annis, iam, iterū veritatem ſacroſanctæ legis evangelicæ, vobis enuntiavi, & rationibus evidentibus, veſtros magnos philoſophos convictos reliqui? & quænam tanta veſtra malitia, & impietas eſt? vt Deo terribili, & maximé formidabili reſiſtere audeatis? quæ eſt temeraria veſtra præſumptio, vt omnipotenti Numini, bellum indicatis? qui vobis cum innumera beneficia præſtiterit, Cælum, terrāq; in vſum veſtrum, vnacum ſumma rerum omnium ad victum neceſſariorū copia conceſſerit, vos ſacroſanctam illius legem, pedibus conculcare non verecundamini; ſcitis enim certé, quod Mahometana ſecta, quam colitis impia, & iniqua eſt, á via verà ſalutis devians, ac erroribus, perverſitatibusq; intollerabilibus plena, vt vobis evidēter demonſtravi*

Raym. in platea Bugiæ Turc. & Sarrac. ferventer prædicat.

in diſputatione quam habui cum Homerio Sarraceno veſtro magno philoſopho, de qua librum compilando, illum ad caput ſapientum veſtræ mahometanæ ſectæ tranſmiſi in Arabica lingua, vt ipſemet, & vos omnes, veritatem catholicæ legis recognoſceretis, & ad illam convertere dignaremini, & tamē hoc non obſtante, inſtructionem cæleſtibus documentis plenam, præcepta vitæ, & diſciplinæ, quæ vobis enuntiavi, expunxiſtis, conculcaſtis, & anihilaſtis; quid igitur ſpectatis ſtulti, ac perverſi Sarraceni; ſciatis enim, quod ego ſum illemet Raymundus, qui multis abhinc annis, ipſammet veritatem, vobis prædicavi, propter quod in carceres me trudiſtis, iniuriaſtis, & á Regno veſtro me pulſiſtis, & nunc, iterum, maxima erga vos pietate commotus, in Regnum veſtrum redivi, & noviter vos admoneo, vt impiam legem falſi prophetæ Mahometi derelinquatis, & ad ſacroſanctam legem catholicam convertere vos dignemini, vt Deus, cuius eſſentia bonitas eſt, ſinum miſericordiæ ſuæ, adhuc apertum habens. vobis indulgere dignetur, cuius gratiam oblatam, ſi reſpuatis, abiſſus inferni, vnacum perverſo propheta Mahometo, veſtrum erit habitaculū, quod vobis, vti verus catholicus prænuntio, ne exitium vobis imminens, ante iuſtiſsimum Dei tribunal, neſciſſe dicere poſsitis. Et quamplurima alia ſuo ardentiſsimo ſpiritu enuntiaret Raymūdus, Turcis, & Sarracenis, vt illos, ad ſacroſanctam

legem catholicam convertere valeret; verumtamen fervor iſte tam eximie in Raymundo præfulgens, & ignis charitatis in ipſo tam vehementer accenſus, commovit tam fortiter, & iniqué animos cecos, & obſtinatos Sarracenorũ, vt furia populari commota, Sarraceni, Raymũdum crudeliter percuſſerint, & ſi miniſtri Regii, ipſum, é, manibus impiæ plebis, non eripuiſſent, ibidẽ mortuus evaſiſſet, de quo conſcius Bogiæ Magiſtratus, graviterq; offenſus, iuſsit Raymundum capi, & in carceres trudi, in quibus exiſtens, vt alter Daniel, laudes Creatori ſuo feliciter decantabat, & libros deſcribebat, in ſacroſanctæ fidei catholicæ confirmationem quam antea prædicaverat.

Furia popular. cõtra Raym

Raymũd' carcerat'.

Raymũd' Turcas & Sarracen. prædicat, vt alter Daniel.

§. XXI.

BEATI RAYMUNDI LULLI Martyrium deſcribitur.

VEnit igitur illa exoptatiſsima dies, in qua Deus, ſervum ſuum Raymundum vocari voluit ad cæleſtem beatitudinem, & ſacra martyrii palma ipſum condecorare; præcepit itaq; impius Bogiæ Magiſtratus, Raymundum vti præconem legis Evangelicæ, ac ſectæ Mahometanæ flagellum publicé lapidari, qua prolata ſententia, poſt varia tormenta, iniurias, ac ver-

Impi' Bogiæ Magiſtrat' Ray. præcepit lapidari.

bera


Bogia



bera contra eumdem illata, Raymundum carnifex trahit, extra vrbis menia educit, & prope portum ad lignum ibi erectum eum alligat, totus ad ſpectaculum populus effunditur, vt prorſus quaſi migrare civitas putaretur; poſtea vero carnifex gladiũ evaginat, & vulnera duo ſuper caput eius imponit, illumq; toto populo lapidari tradit. Statimq; impii, ac perverſi Sarraceni tam vehementi furia, Raymundum lapidaverunt, & tot lapides immiſerunt in eum, vt ibidem inter lapides ſepultus remanſerit.

Raymũd' alligatur

Ray. gladio percutitur.

Raymũd' lapidatur.

Interfuerunt ibi duo Mercatores Genuenſes, quorum vnus, *Stephanus de Colon*, alter vero *Ludovicus de Paſtorga* apellabatur, qui quidem agnoſcentes piiſsimum Raymundum, ob plurima pia opera, quæ operatus eſt, dum in humanis agebat, in Civitate Genuẽſi, ſacroſanctũ eius corpus á Magiſtratu Bogiæ petierunt, quo conceſſo nocturno tempore indicio Piramidis luminoſæ vibrantis varios lucis radios, inventũ eſt ſacrum Raymundi corpus, Raymundus enim adhuc ſemivivus extabat, quẽ honorificé acceptum in navem ſubito profecturam detulerunt, velaq; ventis dederunt, illisq; iam id, quod *de Cabrera* vocant mare luſtrantibus, Beatiſsimus Martyr animam ſuo Creatori reddidit 29. Iunii 1315. die, quo Apoſt. Petri, & Pauli feſtum celebrat Eccleſia, etatem ducens octuaginta

Mercato. Genuen. Raymun. corp' petunt.

Ray. indicio Piram. lumin. invenit. & ſemivivus extat.

Ray. die 29. Iunii 1315. in Cælũ evolat.

ginta annorum, quinque menſium, & quatuor dierum. Dies tandem feliciſsima, in qua novus Africæ Apoſtolus ſacra martyrii palma laureatus extitit, & vt in vita, ſic in morte reſplenduit, admirandaque ac conſtantiſsima animi virtute de perſequentium perfidia triumphavit, poſtquam quinquaginta annis, quinque menſibus, & quatuor diebus laboraverat ad exaltandam ſacroſanctam legem catholicam, vti inextinguibilis fidei lampas; ſed res mirabilis: in illo loco, vbi lapidatus eſt divinus Raymundus (vt mihi dixerunt, de viſu fidedigna teſtimonia) nullæ arbores, neq; herbæ prodeunt, Deo ſic auſpicante, in ſui martyrii honorem.

Nota rarū prodigiū.

Sed vt plenimodé videas benevole Lector petitiones, & repetiones á Raymundo peractas á Principibus Chriſtianis, vt mundum vniverſum reducere valeret ad vnum ovile catholicū, audi verba eius in prologo, ad librum de Fine, Palmæ Balearium impreſſo. Vbi ſic dicit: *Cum mundus in malo ſtatu diu permanſerit, & adhuc ſit timendum de peiori, eo quod pauci ſunt Chriſtiani, multi vero infideles, qui conantur quotidie ipſos Chriſtianos deſtruere, & multiplicando ſe eorum terras capiunt, & vſurpant, ſanctiſsimam & veriſsimam Dei Trinitatem, ac Domini Noſtri Ieſu-Chriſti Incarnationem beatiſsimam blaſſe-*

blaſphemant viliter abnegando, & ad dedecus cæleſtis curiæ poſsident Terram Sanctam. Et quia Chriſtiani ad hunc ſtatum praviſsimum, & iniuſtum quaſi remedium nolunt dare; idcircó quidam homo dimiſit omnia, quæ habebat, & diu per conſequens laboravit quaſi per mundum eundo vniverſum, adeó vt poſſet protinus impetrare, cum Domino Papa, Dominis Cardinalibus, & etiam aliis principibus huius mũdi remedium, & iuvamen ad tale magnum malum, & maxime inhoneſtum ſi poſſet, penitus evitandum. Procedens tali modo: quod Dominus Papa, & Domini Cardinales, & etiam alii Principes ſupradicti aliqua monaſteria edificari, & conſtrui concederent, in quibus aliqui valentes homines litterati pro Chriſto deſiderantes mortem pati, diverſas linguas hominum infidelium addiſcerent, & audirent, vt per conſequens per vniverſum mundum irent Evangelium prædicandum, ſicut præcepit Noſter Dominus Iesus Chriſtus, qui dixit Sancto Petro Ioan. 21. *Petre ſi amas me paſce oves meas. Sed ego de hoc nihil potui impetrare, & cauſa quare non potui fuit, quia bonum publicum amicos non habet, & ſi quos habet, pauci ſunt, (vt apparet vnicuiq; intuenti) nam devotio, & charitas quaſi in omnibus ſunt oblitæ. Et quia feci multos libros contra homines infideles, & ad exaltationem humani intellectus, vt ad omnes ſcientias ſit artificialiter generalis, libellus iſte*

finis omnium erit dictus, cum quo excuſo me Deo Patri, & Iuſtiſſimo ſuo Nato, Sanctoq; Spiritui corda hominum præſcrutanti; deinde Beatiſſimæ Virgini Mariæ Genitrici Dei Filii Incarnati, & toti etiam Curiæ Civium Supernorum: quoniam in iſto opere facere plus non poſſum, ex eo quia quaſi ſolus ſum in tractando, & neminem quodammodo invenio, qui me iuvet; ſed propono finaliter Domino Papæ, & aliis quibuſdam Principibus, ſeu Rectoribus fidei Chriſtianæ mittere librum iſtum, in quo continetur materia per quam poſſent (ſi vellent) mediante gratia Ieſu-Chriſti ad bonum ſtatum reducere vniverſum, & ad vnum ovile catholicum adunire. Si enim hoc velint facere, bene quidem; ſin autem excuſatus ſum iuxta poſſe: & hinc in die iudicii me excuſabo corã Supræmo Iudice ſic dicendo: & etiam cum digito demonſtrando: Domine Iudex Iuſte, ecce illos perſonaliter, quibus dixi, & per ſcripta (vt melius potui) demonſtravi modum per quẽ (ſi voluiſſent) potuiſſent convertere infideles, & reducere ad noſtræ fidei catholicæ vnitatem, recuperando veſtram pretioſam ſepulturam vnacum Civitate Ieruſalem, Terram Sanctam. Tunc ſuper ipſos iudicium quale erit non eſt mihi licitum ſcire, ſolũ illi pertinet, qui ſcivit omnia ab æterno; tamen bene ſcio, & firmiter recognoſco quod Divina Poteſtas non in aliquo poteſt cogi, nec Divina Sapientia defraudari, & quod Dei iuſtitia in iudicio erit magna.

Qua

Qua de cauſa pro ſano veroq; concilio ego darem, vt qui habet aures audiendi, audiat hoc quod dixi, & ferventer in terrore magni Iudicii ſuum imprimat intellectum. Hæc Lullus ann. 1305.

§. XXII.

BEATI RAYMUNDI SACRUM CORpus mirabiliter in portum S. Nicolai de Portopi defertur á Mercatoribus Genuenſibus, ibiq; honorificé acceptum, ſolemni, generaliq; proceſsione peracta, in Sachriſtia Regii Conventus S. Franciſci de Obſervantia deponitur.

MOrtuo igitur B. Raymundo Lullo pro Chriſti fidé tuenda, Mercatores Genuenſes ſummo animi affectu Sacroſanctum eius corpus, in Genuam deferre peroptabant; itaq; vela ventis dederunt, ad mare perlegendum Genuam verſus; ſed, ó portentum rarum! navis immobilis permanet; qua propter valde obſtupuerunt præfati Mercatores, & nautæ omnes, cauſam vero tanti portenti ignorantes, iterum, atq; iterum verſus Genuam navigare conantur; verumtamen navis nullatenus movetur; quod quidem piiſsima menté reflectentes, miſterium divinum inherere recognoſcunt, & Beati Martyris Raymundi Lulli ſacroſanctum corpus Perilluſtribus Regni Maioricarum Conſulibus,

Navis immob. permanet mirabiliter.

Mercatores Genu. corp' ſac. B. Ray. in Palmā deferunt.

ſulibus vti eius Patriæ Patribus tradi decernunt.

Itaq; verſus portum Baleare, vulgo: *Sancti Nicolai de Portopi* apellatum curſum divertunt, ibiq; feliciter perducti Præfati Mercatores, ſtupendum prodigium Perilluſtribus Regni Balearis Conſulibus referunt, & Sacroſanctum Divini Raymundi Martyris eorum patritii corpus, eis traditurum enuntiant; quāto igitur gratulato conſenſu Perilluſtres Conſules, & Baleares omnes ſacrum B. Raymundi corpus recepturū acceptarint, incredibile dictu affirmo.

Gaudium Balcariū.

Quibus ſic rite peractis, præfati præclariſsimi Conſules Sacrum B. Raymundi Lulli corpus in Regio Conventu S. Franciſci deponi decernunt (non autem in templo Parrochiali *Divæ Eulaliæ*, in ſepulcro Patrum ſuorum intra Capellam Sancti Marci extructo illum depoſuerunt, piiſsimé exiſtimantes, cito in numero Sanctorum elaturum fore) & Proceſsionem generalem ſolemni pompa abituram, ad ſacroſanctum corpus in vrbem adlaturum, fieri decernunt: præſentibus itaq; Illmo. ac Rmo. D. Maioricarum Epiſcopo, vnacum Perilluſtri, & admodum Rdo. Capitulo, cum aſsiſtentia totius Cleri Sæcularis, & Regularis, proceſsionem quamdam generalem incohantur, & ad portū *Sancti Nicolai de Portopi*, accedunt; Perilluſtres enim Regni Balearis Conſules, Sacroſanctum

Proceſsio generalis toti' Cler Sæcularis & Regu.

B.

Bi Raymundi corpus, á Mercatoribus Genuénſibus ſumma veneratione, & ingenti omniũ gaudio fæliciter acceptant, illudq; per medias laudes in Civitatem Palmæ perducunt.

Interfuerunt ibi, Regni Maioricarum Gubernator præclariſsimus, Æquites generoſiſsimi, in deauratis Inſulis ſuis titulis condecorati; præfatam generalem proceſsionem nobiliter condecorantes; & tam ingens plebis multitudo ibi extitit; vt proiſus quaſi migrare Civitas putaretur; ſtupenda vero prodigia, quæ Deus Optimus Maximus operari dignatus eſt in hac ſolemni proceſsione, virtute Sacrarum B. Raymundi Reliquiarum, verba mea enuntiare non valent; ſcio autem certe, ex plurimis graviſsimis auctoribus illuſtria B. Raymundi facta narrantibus, præſertim: *á Perilluſtri D. Canonico Segui, D. Vincentio Mut, P. Armengual, P. Vernon, P. Marçal, & ex proceſſu eius vitæ, &c.* Quod pluribus cecis, viſum, ſurdis, auditum, mutis, loquelam, claudis, greſſum, infirmis, & Paraliticis, ſalutem, & contractis, liberum vſũ reſtituit. Quæ quidem proceſsio, modo quo iam retuli, depicta extat in perilluſtri domo Vniverſitatis Maioricarum, in retabulo quodam antiquo, vt oculis vidi, & quaſi aſsidué illud video, Deum ſummoperé laudans, quia mirabilis in Sanctis ſuis.

Concurſ' Balcariũ.

Stupenda B. Raym. miracula.

Tandem vero Sacroſanctum B. Raymundi corpus, in ligneo Sarcophago, cuius latus tegebat corpus cujusdam infantis filii Luſitaniæ Regis, qui á Sancto ſepulcro rediens, Maioricis mortuus eſt, intra ſachriſtiam Regii Conventus S. Franciſci de obſervantia depoſitum eſt, & ſingulari veneratione ibi cuſtoditum.

Sacrum B Ray corp deponit.

§. XXIII.

STVPENDVM IGNIS MIRACVLVM, qui omnia conſumens in Sachriſtia Sancti Franciſci, B. Raymundi corpus Sacroſanctum illeſum, intactumque reliquit.

Ignis portentũ ratũ

ACcidit enim anno. 1448. Sachriſtiam Templi Divi Franciſci, igne tam voraci accendi, vt Cruces, Calices, Patenas, necnon reliqua ferri, auri, argentique metalla, corpus prædicti Luſitaniæ Infantis, & quidquid in præfata Sachriſtia exiſtebat, vnacum lapidibus parietum, flammarum voracitate accenſum, in calcem, & cineres evaſiſſe; verumtamen inauditum portentum, immortali dignum memoria: Sacroſanctum nempe B. Raymundi Lulli corpus intra ligneum Sarcophagum, recenti adhuc ſanguine ſingulari omniũ admiratione finita ignis voracitate illeſum, integrum, intactumq; inventum eſt, quod quidem, velvti

Sacrum B. Ray corp integ. inventũ e ti adhuc ſanguine.

timore

timore correptus ignis quid Divinum ſentiens, nullatenus nocere auſus eſt; ſicuti enim tres pueri, videlicet: *Sidrac, Miſac, & Abdenago* in fornace Babilonis Deum laudantes, & benedicentes ignis vehementiã effugerunt, Deo ſic diſponente, itamet Sacrum B. Mart. Raymundi corpus quamvis mortuum, in Sachriſtia S. Franciſci, ignis voracitatem devicit, Deo ſic auſpicante, illum enim valde diligebat Deus, & ideo vivum, & mortuũ miraculis raris illum condecorare dignatus eſt. Totum præaſſertum conſtat in proceſſu eius vitæ, illudq; referunt: *Mut, in vita Lulli, Segui, in eius vita, Pater Vernon, in eius vita fol.* 253. *P. Marçal in ſuo memoriali, Armengual, in Archielogia vitæ Lulli, &c.* Idemq; legitur *in memoriis antiquis Scrinii præfatæ Sachriſtiæ, & in Scrinio Vniverſitatis Maior.*

Rem hanc prorſus admirandam, quæ omnem oculorum fidem, & intellectus cuiuſlibet perſpicacitatem tranſcendit, videntes Perilluſtres Regni Balearis Con ſules, & oculis aſpicientes divinum prodigium piiſsimé recognoverunt; quapropter ſumptuoſiſsimum ſepulcrũ marmoreum, ad Sacroſanctum B. Raymundi Lulli corpus cuſtodiendum conſtrui iubent; noluit enim Deus (vt pié exiſtimo) novum Africæ Apoſtolum B. R. Lullum, ab ipſo tam peculiariter electum, & dilectum, in abſcondito

Reg Mai. Conſules novum ſepulcrum erigunt.

cuſtodiri; & ſicut voluit mediante B. Elena Sacroſanctam Crucem ſuam in qua paſſus eſt, vt ab ipſo tam intimé dilectam, ab ignoto loco, in lucem edere, & per vniverſum orbem ab omnibus magna veneratione coli; ita velle dignatus eſt ſacrum B. Raymundi corpus, mediante ignis portento raro, ab abſcondito loco educi, in eminentiorem locum tranſferi, & cunctorū veneratione coram omnibus patefieri; veritas huiuſmodi conſtat in Scrinio Sachriſtiæ Divi Franciſci, in memoria quadam antiqua, cuius copia authentica inſerta eſt in proceſſu Lulli vitæ, & eſt tenoris ſequentis.

ADMIRANDA RES ILLVMINATI Magiſtri Raymundi Lulli.

Antiqua memoria martyriū B. R. Lul. & ignis portentū demonſt.

IN fine anni 1314 *tranſfretavit Bogiam. anno* 1315 *fuit dictus Magiſter Raymundus lapidatus in Civitate Bogiæ, petitus vero, & intra navem atlatus, quando fuerunt in maribus* de Cabrera, *Animam Deo reddidit die BB. Petri, & Pauli Apoſt. 29. Iunii, & ob manifeſta, & magna miracula quæ faciebat, non ſepultus eſt in ſepultura Patrum ſuorum, quæ eſt in capella S. Marci, in Eccleſia D. Eulaliæ, exiſtimando eum cito canoniſaturū fore; & Fratres Minores repoſuerunt corpus eius intra ligneum Sarcophagum; poſtea vero intus*

Sachriſtiā

S. Sachriſtiam, iuxta latus eius poſitum fuit, remotũ vero corpus cuiuſdam filii Portugaliæ Regis, in altero ligneo Sarcophago, qui venerat á Sancto Sepulchro, & mortuus eſt Maioricis; deinde vero decurſu temporis, ignis accenſus eſt in præfata Sachriſtia, & fuit tam vehemens, vt nulla res reſtaurata ſit, nec ipſæ lapides; parietes enim in calcem redactæ ſunt, & Calices, Cruces, & aliud argenteum conſumptum eſt, nihil autem remanſit illeſum ab igne, niſi ligneum Sarcophagum in quo extabat corpus glorioſi Raymundi Lulli, & ob miraculum hoc, facta fuit tumba quædã lapidea, in qua repoſitum fuit corpus, ſubtus pulpitum Eccleſiæ ſicut cuſtodiebatur, recenti adhuc ſanguine, & rubenti ſindone.

Fr. Ioannes Girard Scriptor præſentis Memorialis.

§. XXIV.

BEATI RAYMVNDI LVLLI SACRVM corpus, in novum ſepulcrum marmoreum transfertur, & Feſtum publicum in eiuſdem Martyrii honorem inſtituitur, á Perilluſt. Regni Maioricarum Conſulibus.

ERecto igitur iam novo ſepulcro marmoreo ſingulari ſtructura elaborato in Sacro D. Franciſci Templo prope capellam B. V. M.

Reg. Mai. Perilluſt. Con. feſt. publicum inſtitu. in honorem Martyrii B. Ray. L.

Puritatis, Regni Maioricarum Conſules, ingẽti omnium gaudio, feſtum publicum in honorem ſacri martyrii B. Raymundi Lulli inſtituere, & in ſacro Divi Franciſci templo celebrare decernunt; obtenta itaq; ſuperiorum debita facultate, præfatum feſtum celebraturum die 29. Iunii ann. 1448. omnibus enuntiant.

Dies feſti

Venit itaque illa ab omnibus ſpectatiſsima dies 29. Iunii, in qua ſacrum B Raymundi martyrium, ingenti omnium Balearium devotione lætiſsimé colendum erat, vbi iã plurimis ſumptuoſiſsimis apparatibus exornato templo, illuc convenerunt Illmus. D. D. Rodericus á Falco, Regni Balearis Gubernator præclariſsimus, vna cum Perilluſtribus Regni Balearis Conſulibus, præfati feſti auctoribus, qui illud feliciter nobilitabant; venerunt amplius ibi magno numero fulgidæ nobilitatis, & Æqueſtris ordinis viri, omnes quidem magnifico ornatu ſpectabiles, quorum aſpectu feſtum illud, ſingulari pompa elucebat; advenit inſuper ingens nobilium puerorum caterva, pulcherrimam de ſe ſpeciem præbens; tandem venit ibi tam ingens plebis multitudo, vt illam templum capere non valeret; Poſt hæc vero peculiari omnium devotione, Sacrum B. Martyris Raymundi corpus, in medio templi depoſitum eſt, vt coram omnibus pateſieret, quod quidem videntes ſinguli,

ſummo-

ſummoperè mirabantur, quia poſt iuſtū centū trigintatrium annorum ſpatium, á die, Martyrii B. Raymundi Lulli, eiuſdē corpus Sacroſanctum integrum, illeſum, intactumque videre valebant.

Poſt 133. ann. ſpatiū, ſacrū B R. corp integrum aſpicitur.

Poſtea vero Divina ſolemniter incepta ſunt & ab Oratore præclariſsimo, ingentes virtutes B. Martyris Raymundi Lulli, omnibus decantatæ ſunt. Quibus finitis, remanſit tota die patenter Sacroſanctum eius corpus in medio Sacri Templi, vt cuncti illud aſpicere, & adorare valerent.

Die vero jam finita, Sacroſanctum corpus, in novum ſepulchrum marmoreum tranſlatum eſt, ibiq; depoſitum (mandibula excepta, quæ ablata á ſacro corpore inter alias Reliquias ſacras cuſtodita eſt, vt variis infirmis, eius devotis eſſet refugium, quæ quidem ſingulis annis, diebus omnibus, in quibus feſta varia in honorem ipſius B. Raymundi Lulli celebrantur, ſingulis adoratura traditur, vt ipſam pluries adoravi, & ab aliis adorare vidi) Vbi hodierna die extat, lampade ſemper ardente antè ſepulchrū, & innumeris claret miraculis, provt tabellæ variæ ex voto, pedes, crura, manus, brachia, & quamplurima alia huiuſmodi in eius ſepulchro repoſita, veritatem præaſſertam omnibus exprimunt. Attamen facultatem á pio lectore

Tranſlat. Sac. corp. B R. Lul. in novum ſepulchrū marmor.

Adoratio Reliquia. B. R. Lul.

Stupendũ miraculũ ante ſepul. eventum.

impertiendo, deſcribere volo portentum rarũ ante ſepulchrum hoc eventum, paucis abhinc annis in muliere quadam Hieronymi Caſes, Nott. adhuc viventis matre, quæ læthale quoddam vulnus patiens in pectore, *Cancer* apellatũ; quod quidem diligenter viſum, & rité examinatum á Medicis, & Chirurgis, incurabile iudicatum eſt; afflicta autem devota mulier, auxilium, & fervorem á B. Raymundo Lullo implorat ingenti humilitate, & ad Sanctum eius Sepulchrum accedit, ipſumq; denuó præcatur, eã á tali canchrenæ vulnere liberare, quibus finitis præcibus, ſumpſit aliquantulum olei ex lampade ante Sepulcrum ardente, & ſuper cancrenam impoſuit, ſed: ó admirandum prodigium! ſtatim cancer vivus in terram cecidit, & præfata mulier liberata remanſit, immenſas Deo peragendo gratias, qui per interceſsionem B. Raymundi Lulli eam á læthali vulnere liberare dignatus eſt.

De tranſlatione Sacroſancti corporis B Raymundi Lulli, conſtat in memoria quadam antiqua, quæ deſcripta extat in Scrinio Sachriſtiæ Regii Conventus Divi Franciſci, cuius copia autentica inſerta eſt in proceſſu eius vitæ, & eſt huiuſmodi tenoris.

MEMORIA.

In novo Sepulchro marmoreo.

Sabbato

Sabbato die 29. Iunii 1448. quæ dies erat feſtum S. Petri, & Pauli, finita fuit capella nova in monaſterio fratrum Minorum Maioricæ; in dicta capella depoſitum fuit corpus Reverendi Magiſtri Raymundi Lulli magno honore; & interfuerunt ibi Magnificici Iurati, & Conſules, Rodericus á Fulco, locum tenens generalis Domini Regis in Maiorica; honorabiles autē Iurati præſentis Regni, & magna multitudo gentium aſpiciebāt corpus dicti Magiſtri Raymundi, quod fuit inventum integrum in vrna, vbi extabat, de quo omnes mirati ſunt, quoniam á die Mortis eiuſdem, iam decurſum erat tempus centum triginta trium annorum. Memoria antiq. probā, tāſlat corp. B R. in novum ſepulchrū marmor.

Feſtum enim præfatum, Perilluſtres Regni Maioricarum Conſules, ab anno 1448. vſque ad præſentem annum 1688. ſingulis annis, eademmet die 29 Iunii Solemni pompa in honorem Sacri matyrii B Raymundi Lulli, in ipſomet Divi Franciſci Templo, aſsiduè, & abſque vlla intermiſsione, immó ingentiſsimo omnium erga Beatum Lullum piæ devotionis augmento celebrare aſſueverunt, præſentibus ibi quaſi ſingulis annis Illmo. Regni Maioricarum Prorege, & Illmo. ac Rmo. D. Epiſcopo, vnacum Perilluſtri, & Admodum Rdo. Capitulo, vt ex antiquo tempore, ſic enumerant fama, & traditio antiquiſsima, ex moderno vero, anno quolibet ab omnibus Baleari- Aſsiduit. præfati feſti.

tribus præfato feſto intereſſentibus veritas huiuſmodi comprobatur, provt pluries expertus ſum, quia ibi interfui.

§. XXV.

VARIA FESTA IN HONOREM B. Martyris Raymundi Lulli inſtituuntur.

Feſtum in hon. B R. conſecrãt Lullianæ doctrinæ profeſſor.

NOn tantum Conſules Perilluſtres, ſed etiã plurimi alii Regni Balearis incolæ, feſta dicant in laudem B. Martyris Raymundi Lulli, quæ á cunctis Balearibus ingenti lætitia percoluntur, ex quibus ſunt: celebres Lullianæ doctrinæ profeſſores, qui quidem ann. 1613. feſtũ inſtituerunt, in honorem converſionis præfati Martyris Beati Lulli, & auctoritate Illmi. ac Rmi. D. D. Fratis Simonis Bauça ordinis Prædicatorum, Maioricarum Epiſcopi, illud celebrare cæperunt in Sacro Divi Franciſci templo eodem anno, vbi Divinis ſolemni muſica inceptis, R. P. Fr. Antonius Buſquets Frãciſcanus Theologus, & Orator celeberrimus, eximias laudes, & magna præconia B. Martyris Raymũdi Lulli omnibus præcantavit; quod feſtum, admiranda Balearium aſsiſtentia, ac devotione, ab anno 1613. vſque ad præſentem ann. 1688. aſsidué, & abſque vlla intermiſsione celebrare conſuevere; intereſſentibus ibi, quaſi ſingulis annis

Aſsiſt ẽtia Illmi Proreg. & Iurat. perill.

annis Illmo. Maioricarum Prorege, vnacum Perilluſtribus eiuſdem Regni Conſulibus, & Illmo. ac Rmo. huius diœceſis Epiſcopo, vnacũ Perilluſtri, & Admodum Rdo. Capitulo, quorũ præſentia præfatum feſtum nobiliter condecoratur, vt pluries vidi, præſertim anno 1686. vbi invitatus ab eximiis Lullianæ Doctrinæ Cathedraticis, ſacrum, ac ſolemne Officium (poſt Sacroſanctam communionem generalem ab auditoribus Lullianæ doctrinæ, pié, ac devoté peractam) decantatum celebravi. *De inſtitutione huius feſti conſtat in proceſſu cauſæ piæ Beati Martyris Raymundi Lulli.* Aſsiſt. Ill. & Rmi Epiſ. & Ad. R. Capit.

Generoſiſsimus etiam, ac nobiliſsimus Æques Maioricenſis D. D. Franciſcus Suteda, *de Sant Marti*, Villæ Franchæ Dominus, pia devotione, quam vero corde profitetur erga Beatum Martyrem Raymundum Lullum, multis ab hinc annis aſsidué, & abſq; vlla intermiſsione, feſtum celebrat magnificum in eodem Sacro Divi Franciſci Templo, vbi divina ſolemniter decantatur, ſuaviſsima muſica, quæ dulcẽ melodiam in omnium auribus infundit, ibique Oratores celeberrimi geſta præclara præfati Martyris B Raymundi Lulli cunctis enunciant, intereſſentibus ibi generoſiſsimis huius Regni Æquitibus, quibus præfatum feſtum maxima pompa elucet, & tam innumera plebis multi- Feſtum in hon. B. R. conſecrat nob. Æq. D. D. Fräc. Surada de S. Marti.

 tudo

tudo, vt pluries illam Templum capere nullatenus valeat, vt pluries vidi, quia præfato feſto interfui.

§. XXVI.

BEATI MARTYRIS RAYMVNDI Imagines variæ patenter extant in Sacroſanctis Diœceſis Maioricarum Templis.

B.R. Lulli Imagines variæ.

PLurimæ extant in Sacroſanctis huius Diœceſis Maioricarum Templis B. Martyris Raymundi Lulli imagines, ad parem aliorum Sanctorum ab Eccleſia canoniſatorum; præcipué in Sacroſancto Almæ Sedis Maioricarum Templo, in altari B. Mariæ Virginis de Conceptione, vbi in manu dextera depicta extat imago Divi Patriarchæ Franciſci Ordin. Minorum fundatoris, in ſiniſtra vero imago B. Martyris Raymundi Lulli, caput plurimis radiis laureatũ ducens, & in Sacro Templo Regii Conventus Sanctiſsimæ Trinitatis, in altari SS. Trinitatis, alia exiſtit B. Raymundi imago, caput variis radiis laureatum ſimiliter ducens, ad parem alteræ Divi Antonii Viennenſis imaginis; ſubtus quam B. Raymundi Imaginẽ, alia exiſtit imago demonſtrans eius martyrium, quando ſcilicet lapidatur ab impiis Sarracenis; in Sacroſancto namq; templo venerabilium Moniyalium Divæ Margaritæ etiã altera exiſtit B. Raymũdi

imago, capite plurimis radiis laureato, in ſui martyrii honorem; quas quidem tres B. Raymundi imagines pluries vidi, & tanta antiquitate conſtant, vt de eorũ incæptu nulla hominũ memoria extet, provt illud teſtantur plurima fidedigna teſtimonia in proceſſu ejus vitæ inſerta, & á cunctis Balearibus veritas iſta comprobatur.

Antiquit. Imag. B. Ray. Lul.

Tam fortiter enim decurſu temporis excrevit in Regno Baleari devotio fidelium erga piiſsimum Martyrem B. Raymundum Lullum, vt poſtea Perilluſtris Dr. Bartholomæus Lullus Almæ Sedis Mai. Can. Pænitẽ. ſumptuoſiſsimã capellam in Templo Divi Franciſci in eius honorem erexerit, exiſtente in medio altaris B. Martyris Raymundi Lulli imagine quadã deaurata, Ieſum Chriſtum crucifixum aſpiciente Beato Raymundo, dicente ei verba hæc: *O Bonitas!* (quæ quidem verba deaurata ſimiliter extant) cuius caput variis radiis laureatum exiſtit, in ſui martyrii ſignum; & in Altari maiori præfati Templi, alia extat B. Raymundi imago deaurata, palmam, librum, & lapides in manibus tenens, caputq; plurimis radiis laureatum ducens, ad parem aliarum imaginum Sanctorum, nempe B. Fran. Min. fund. B. Ioannis Evangeliſtæ, B. Ioannis Baptiſtæ, & B. Honufrii; & in eodemmet altari alia exiſtit Beati Raymundi

Devotio augmẽtũ.

Sũptuoſa capel. erigit in hon B. Ray. L.

B. R. imag equal. cũ aliis Sanc

imago, quandò ſcilicet pedem Pueruli Ieſus humiliter adorat, oblati á B Maria Virgine eius matre, vt pluries vidi,& videre poteſt quicumque, illùc accedens.

Quamplurimæ etiam vltra præfatas, exiſtũt variis in templis huius Diœceſis B. Raymundi imagines, in quibus depictus extat pius eremita, vti Martyr Chriſti inviɛtiſsimus, præſertim in Sacro templo parrochijali Divæ Eulaliæ, in altari Eccleſiæ Collegii Lulliani,in templo Lullianæ Vniverſitatis, & in plurimis aliis templis, quarum deſcriptionem, brevitatis gratia omitto, quia omnibus Balearibus eſt notum; & nõ ſolum in Sacris templis, ſed etiam extra, variis in locis publicis huius Civitatis variæ exiſtunt B. Raymundi imagines, ante quas nocturno tempore lampades accenduntur in eius venerationem, & honorem, vt ab omnibus veritas huiuſmodi comprobatur, quia vere, & realiter exiſtit.

In locis publi. Civit. Palm. B. R. variæ extant imagines.

Igitur Beatus Raymundus Lullus nobilis Balearis, ab anno 1448. die 29. Iunii, vſq; hodiernam diem aſsiduè, & abſq; vlla intermiſsione, imo magno Balearium devotionis augmento colitur vti Martyr Chriſti invictiſsimus, & hoc ſcientia, patientia, conſenſu, & præſentia omnium huius Diœceſis Illorum. ac Rorum. DD. Præſulũ á præfato anno 1448. ſedẽ Pontificalẽ

Antiquit. cultus B. Ray. Lul.

tenen

tenentium, vſque ad Illmum. & Rmum. D.D. Petrum de Alagon, nunc feliciter ſedem ipſam Pontificalem regentem, qui quidem ann. 1685. die 29. Iunii, feſto celebrato, in ſacro templo Divi Patriarchæ Franciſci, ad honorem ſacri martyrii B. Raymundi Lulli, interfuit.

§. XXVII.

BEATI RAYMVNDI LVLLI, Affricæ Apoſtoli, martyrii comprobatio evidens demonſtratur.

ANtiquiſsima traditio eſt in Regnis Aragoniæ, Cataloniæ, Valentiæ, & Maioricæ, B. Raymundum Lullum, pro defenſione legis Evangelicæ lapidibus obrutum fuiſſe in civitate Bogiæ, & ſacra martyrii palma laureatum exiſtere; vtiq; talem ab omnibus acclamatum fore, quod experientia comprobatur ex *Arte inventiva veritatis*, Valentiæ impreſſo anno 1515. vbi iam depictus fuit B. Raymundus Lullus, vti Martyr Chriſti invictiſsimus á Sarracenis lapidatus; provt illud vidi in præfato libro, qui in Bibliotecha Collegii Beatæ Mariæ Sapientiæ extat. Antiquiſs traditio martyrii B. Ray. L.

In libro autem cui titulus eſt: *Ars Metaphiſicalis naturalis ordinis cuiuſlibet rei intelligibilis arboris natura Raymundi Doctoris præclariſsimi*

Magiſtri Iacobi Ianuarii Monachi Tarraconenſis Diœceſis, &c. Valentiæ impreſſo ann. 1506. Kalend. *Martii*, cuius tabula ſic incipit.

TABVLA PRIMI LIBRI Metaphiſicalis.

De generalitate principiorum generalis Artis Raymundi Doctoris illuminati fol. 1.

De Alphabeto, &c. fol. 2.

Officium Glorioſiſsimi, & Beatiſsimi Martyris Raymundi Lulli fol. 281.

Sub cuius fol. hæc ſcripta ſunt.

Officium Glorioſiſsimi, ac Beatiſsimi Martyris Raymundi Lulli, qui paſſus eſt pro Chriſti nomine in Tunicia civitate, & lapidibus corruit, & ſic lapidatus eſt á Sarracenis, & tranſlatus poſt mortem Maioricis, & ibi quieſcit in pace Eccleſiæ, in Monaſterio Fratrum Minorum, in quadã tabula marmorea honorabiliter, & ibi multa miracula fecit, ratione cuius meretur ab Eccleſia canoniſari, quia teſtimonia ſuæ Sanctitatis ſatis ſufficiunt ad canoniſandum ipſum Doctorem, & Martyrem.

Bogia Civitas erat Reg Tunicio ſubiecta.

AD VESPERAS.

Aña ad Magnificat Glorioſiſsimi, ac B. Martyris Raymundi Lulli.

RAymundus prætioſæ laudis abũdus, doctor profundus, regnat ſine fine iucundus;

& collaudabunt multi Sapientiam eius, & vſq; in ſæculum non delebitur nomen eius.

℣. *Ora pro nobis Beate Raymunde.*

℟. *Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.*

Oratio.

DEus, qui pro mundi huius tenebris illuſtrandis B. Raymundum Martyrem tuum, doctrina mirabili tuæ ſapientiæ illuſtraſti; præſta Eccleſiæ tuæ, vt eius illuſtrata doctrinis, propulſis erroribus, & tenebris vitiorum, per viá virtutum incedat, & ad te memorandum, intelligendum, & amandum convaleſcat; & pro nobis ſit intelligentiæ, ſapientiæ, ſcientiæ, atque eloquentiæ perpetuus interceſſor. Per Dominũ &c. Amen.

Liber iſte in Bibliotecha Regii conventus Sancti Dominici Ordinis Fratrum Prædicatorũ Civitatis Palmæ extat, & Antonius Solivellas Scriba cauſæ beatificationis B. Raymundi Lulli anno 1612. die 2. menſis Decembris copiam prædictorum extraxit, vt conſtat in proceſſu cauſæ piæ B. Raymundi Lulli.

In ſepulchro autem marmoreo, vbi iacet Sacroſanctum B. Raymundi corpus depictus extat ille, vti Chriſti Martyr caput variis radiis laureatum ducens; ibiq; anno 1448. ſupra lapidem marmoreum, ſequentia carmina eiuſdem martyrium demonſtrantia deſcripta ſunt.

Hic nitidum tumulus retinens eſt corpus ad intra
Raymundi magni fulgenti nomine Lulli,
Moribus inſignis: ſunt nuncia climata mundi,
Et ſua ſcripta ferunt, fuerit quis clarior illo?
Maioricis ortuſque domus teſtantur, & omnes:
Vrbs fuit, & domina Balearium regia magna.
Hunc tres ætates, primæ tenuere laſcivum,
Verum poſtremæ perfectum conſtituerunt;
Cum Chriſtus lectum cunctis patefecerat illum,
A vanis mundi convertens ad ſua ſancta;
Atque docens promptè natura quod exigit omnis,
Et quæ ſecreto, naturaq; mira creavit.
Hic bonus electus Chriſtum ferventer amando,
Barbarus ex illo factus, pergendo propellans,
Demonſtransque Deum Chriſtum, verumque fuiſſe,
Atque Redemptorem lapſi primiq; parentis;
Barbarus abaudit, inſultans ſurgit in illum,
Et feriunt lapide: fit vitæ terminus illi.
Cernite Raymundum, patrem hunc recolite veſtrũ,
Veſtrum concivem, decus, & prænobile veſtrum.

Rurſus in Archivo Domus Perilluſtrium Reg. Mai. Conſulium, verba hæc de B. Lullo deſcripta videntur, inter alia: *Cum in fine anni* 1314. *transfretaſſet, Bogiæ appulit, vbi poſtea ann.* 1315. *lapidatus, acerbiſſimum martyrium ſtrenuè paſſus eſt.*

In Archivo Sachriſtiæ Regii Conventus D. Fran. Mai idem legitur, vt iam prædixi.

Pluri

Plurimi extant quoq; viri præclariſsimi, quaſi tubi exaltantes vocem ſuam, & divinum Raymundum Marty: invictiſsimum acclamantes, provt ſequitur.

Ems. ac R. D. Belarminus S.R.E. Card. ſup. ann. 1290. verba hæc, de B Lullo, dixit: *Non deſunt, qui eumdem Raymundum colunt, vt Sanctũ Martyrem, & vocent Doctorem Illuminatum, & ſcripta eius orthodoxa eſſe confirment.*

Illmus. ac Rmus D. D. Enricus Spondanus, Epiſc. de Pamiers ſup. ann. 1260. §. 15. B Raymundum Martyrem apellat, lapidibus obrutũ, ann. 1315.

Illmus. ac Rmus. D. D. Arnaldus Albertinus Inqui. Apoſt. & Epus. Paccenſis, in comment. Rub. & cap. 1. de heret. lib. 6. queſt. 13. verba hæc de Lullo præcantavit: *Et dum Verbum Divinum ferventer infidelibus palam exponeret, mirarenturq; omnes ſpiritum qui in eo loquebatur, non valentes eius ſapientiæ verbis obſiſtere, lapidibus illum obruentes, aureola martyrii coronarunt.*

Clariſsimus vir Odoricus Raynaldus ſupra ann. 1315. §. 5. ſic de Lullo deſcribit: *Hoc anno Raymundum Lullum in Affrica apud Bogiam promulgatæ fidei Chriſtianæ, & confortatæ Mahometanæ impietatis odio, publici Magiſtratus iuſſu, poſt atroces iniurias, & carceris ſqualorem, cum in conſtantia defendendæ veræ religionis perſtaret,*

obiectum furenti plebi, ac gladiis, ſaxisq; appetitū, vulnerum dolore occubuiſſe tradunt: dumque eius corpus ex ſepulchro marmoreo Franciſcani templi adhibitis teſtibus graviſsimis ann. 1611. exutum eſt quatuor ingentia vulnera in capite accepta conſpecta ſunt.

R. P. Fr. Lucas Vvadingo ſup. ann. 1315. §. 8. de B. Raymundo, verba hæc profert: *Ceterū ardorem fidei longè latèq; propagandæ, & vitæ pro Chriſto effundendæ, qui paſsim in eius ſe prodit operibus non laudare, duri erit cordis, & mentis haud piè de eius morte ſiniſtrè iudicare, quam omnia quæ potui videre monumenta, & quotquot vitam ſcripſerunt in odium Chriſtianæ fidei, quā comendabat, & Mahometanæ perfidiæ præferendam conſtanter prædicabat poſt repetita vincula, & tormenta pertuliſſe conſpirant. Martyrem itaque apellare, & Chriſti dicere teſtem, cui ſolum Chriſti nomen obiicitur pro crimine, piè licere putaverim.*

R. P. Fr. Franciſcus Gonon ordinis Cæleſtinorum, Conventus Civ. Leonis in Gallia, in vitis patrum occidentis lib. 6 fol. 381. B. Raymundum prædicatorem evangelicum, & Martyrem glorioſum vocat his verbis: *Ad extremū Raymundus corpore iā ſenex, animo ſemper virens, ac in dies robuſtior, rurſum ex Maiorica, Tunicium traiecit prædicationis cauſa, quo cum perveniſſet, agnitus ſtatim ab incolis, mox concurſu populi fuit è*

civitate eiectus, & lapidibus in portu obrutus indicio piramidis luminoſæ, Sacrum eius corpus reperitur, & in patriam defertur.

Perilluſtris Dr. Ioannes Segui, Almæ Sedis Maioricarum Canonicus Pœnitentiarius, martyrium B. Raymundi Lulli deſcribit, in eius vita, Maioricis impreſſa.

R. P. de S. Iure Societatis Ieſu, Raymundũ lapidibus obrutum fuiſſe in Affrica refert, in libro de cognitione, & amore filiorum Dei.

R. P. Nicolaus Cauſinus Soc. Ieſu tom. 4. cur. San. B. Raymundum Martyrem acclamat.

R. P. Ioannes Bolitxer Soc. Ieſu, in approbatione Memorialis P. Ioannis Riera refert, mirabilem Lulli doctrinam, Sacro martyrio ſubſignitam exiſtere.

R. P. Ioannes Figueroa Ordinis S. Franciſci de Obſervantia S. Inquiſ. Qualificator, in approbatione Memorialis P. Ioannis Riera Lullum Martyrem apellat.

R. P. Pacificus Caputxinus, in itinerario Perſiæ pag. 395. impreſſo ann. 1645. B. Raym. Lulli martyrium refert.

Clarus Vir Marianus Accardus, in præfatione ad libr proverbiorum B. Ray. Martyrẽ apellat.

Doctiſsimus Athanaſius Kircherius, *in mundo ſubterraneo*, Lullum Martyrem appellat.

Nicolaus Mellinas Balearis, martyrium Lulli

deſcribit, *in Canticis*, Maioricis impreſsis.

D. Vincentius Mut, in 2. thom. Hiſt. Mai. martyrium B. Ray. Lulli deſcribit.

Nicolaus de Pax Balearis, martyrium Lulli deſcribit, in eius vita, in proceſſu inſerta.

R. P. Ioannes Maria de Vernon, martyrium B. Ray. deſcribit, in eius vita.

R. P. Ioannes Riera Theologus Franciſcan. in ſuo memoriali pro Lullo, eumdem Martyrē apellat.

R. P. Antonius Buſquets Theologus Franciſcanus, in ſuo memoriali pro Lullo, ipſum Martyrem apellat.

Perilluſtris Dr. Antonius Belverius, Lullum Martyrem apellat in variis ſuis operibus.

R. P. Franciſcus Marçal Theologus Franciſcanus S. Officii Mai. Qualificator, martyrium B. Ray. deſcribit, in ſuo memoriali pro Lullo.

Perilluſtris Dr. Petrus Hieronimus Sanchez de Lizarazo Eccleſiæ Cathedralis Tiraſonenſis Decanus, martyrium B. Ray. Lulli deſcribit, in Commento Artis Lullianæ Tiraſonæ impreſſo ann. 1613.

R. P. Bonaventura Armenguali Theologus Franciſcanus, martyrium Lulli deſcribit, in Archielogio, Maioricis impreſſo.

R. P. Bartholomæus Fullana, Theologus Franciſcanus, martyrium Lulli deſcribit, in

expoſitione canticorum Raymundi Lulli 14.

Dr. Ioannes Donlabius, in epiſt. ad librum de Blanquerna, Lullum Martyrem apellat.

Et quamplures alii, quos brevitatis gratia omitto, Lulli martyrium deſcribunt.

Et non tantum iſti, ſed etiam quamplurimi alii B. Lvllum Martyrem acclamant, variis in libris, quos brevitatis gratia omitto; & nõ tantũ libris, ſed etiam viva voce plurimi alii B. Ray. Martyrem acclamarunt; ex quibus ecce benevole Lector teſtimonia fidedigna, qui medio iuramento, anno 1612. & 13. B. Raymundum Martyrem Chriſti invictiſsimum affirmarunt; vt vidi, ac legi pluries in proceſſu eius vitæ, Auctoritate Apoſtolica confecto ab Ordinario Maioricarum, & ſunt iſta.

EX ECCLESIASTICO STATV

Perilluſtres Dignitates, Canonici, & Præpoſiti Eccleſiæ Cathedralis, Maioricarum.

Perill. Dr. Antonius Gual, Archidiac. & Can.
Perill. Dr. Ioanes Baptiſta Zafortesa, Dec. & Cã.
Perill. Dr. Guiliolmus Cuſturer, Præcentor.
Perill. Dr. Ioannes Armengol, Canonicus.
Perill. Dr. Franciſcus Sançeloni, Canonicus.
Perill. Dr. Gabriel Veny, Præpoſitus.
Perill. R. Michael Maſcaro, Præpoſitus.

RECTORES ECCLESIARVM PARROCH.

R. Dr. Bernardus Caldes, S. Eulaliæ Rector.
R. Dr. Maginus Pou, S. Crucis Rector.
R. Dr. Franciſcus Caſellas, S. Iacobi Rector.
R. Dr. Franciſcus Gili, S. Michaëlis Rector.
R. Dr. Marcus Antonius Pol, S. Nicolai Rect.

R. P. ORDINIS PRÆDICATORVM.

P. Dominicus Brondo, Dr. Theologus Subpri.

R. P. ORDINIS MINORVM.

P. Iulianus Oliver, Miniſter Provincialis.
P. Ioannes Baptiſta Meſquida, Guardianus.
P. Alexius Cortada, Vicarius.
P. Ioannes Riera, Theologus.
P. Raphaël Serra, Theologus, ac Prædicator.
P. Petrus Coſta, Theologus, natione Luſitanus.
P. Franciſcus Prats, Theologus.
P. Andreas Balleſter, Concionator.
P. Michaël Guells, Sachriſta.

R. P. B. MARIÆ DE MONTE CARMELO.

P. Nicolaus Oliver, Subprior.
P. Franciſcus Pou, Doctor Theologus.

R. P. ORD. S. AVGVSTINI.

P. Vincentius Oliver, Prior.
P. Nicolaus Miralles, Subprior.

R. P. ORD. SS. TRINITATIS.

Pater Petrus Fiol, Miniſter, ac Dr. Theologus.
Pater Michaël Alba, Vicarius.

R. P. B. MARIÆ DE MERCEDE.

P.

Pater Bartholomæus Bramonte, Præſentatus.
Pater Andreas Barçelo, Depoſitarius.
R. P. SANCTI FRANCISCI DE PAVLA.
Pater Iacobus Mas, Miniſter Provintialis.
Pater Michaél Obrador, Correctór.
R. PATRES SOCIETATIS IESV.
P. Gabriel Ioannes Bolitxer, D. Theologus.
Pater Petrus Gil, Doctor Theologus.
Pater Andreas Moragues, Doctor Theologus.
Pater Ioannes de Avila, Doctor Theologus.
Pater Vincentius Alcayna, Doctor Theologus.
R. PATRES ORD. CARTVSIEN. MONACHI.
P. D. Hieronimus Roca, Vicarius Mona. Prior.
P. D. Guilielmus Dezcallar, Mona. Præsbyter.
P. D. Ioannes Gil, Monachus Præsbyter.
R. P. ORD. CISTERTIENSIS, VVLGO la Rayal.
Pater Honufrius Pol Præsbyter, Abbas.
Pater Petrus Mayans, Præsbyter.
R. P. ORD. CAN. REGV. S. ANTONII VIEN.
P. Gregorius Benaiam, Can. Regu. S. Antonii.
ILL. AC Rdi. P. ORD MILIT. S. IO. HYEROSOL.
Illuſtris D. D. F. Antonius Fuſter, Commend.
Illuſtris D. D. Fr. Michaél Ioannes Fuſter.
EX SÆCVLARI STATV.
Illmus. D. D. Carolus Columba, R. Mai. Prorex.
Ill. Dr. D. Gabriel Miralles, Reg. Aud. antiqui.
Ill. Dr. D. Raymundus de Veri, Regiæ Audi.
Et quamplurimi alii, quos brevitatis gratia omitto.

Vltra quæ, ad fortiorem, ſacri martyrii B. Raymundi Lulli, comprobationẽ, legi in proceſſu eius cauſæ fol. 87. teſtari P. Andream Balleſter Theologum Franciſcanum, ſe novitiò exiſtente, in Regio Conventu D. Fran. Civit. Palmæ, anno 1571. Sacrum Miſſæ ſacrificiũ inſerviſſe plurimis Sacerdotibus Miſſam propriã de B. Raymundo Lullo Martyre celebrantibus; cuius Epiſtola erat: *Optavi, & datus eſt mihi ſenſus &c.* Evangeliũ vero, ſic legebatur: *Quomodo hic litteras ſcit, cũ non didiſcerit &c.* Orationes namque erant propriæ; & in Sachriſtia præfati Conventus deſcripta extabat Miſſa iſtà litteris maiuſculis; facultas vero huiuſmodi Miſſam celebrandi, conceſſa fuit á SS. Papa Leone X. provt præfato Religioſo hoc retulerunt. P. Raphaél Manera, & P. Guilielmus Beltran, aſſeverantes, ſe vidiſſe, propriis manibus obtinuiſſe, & oculis propriis legiſſe Beatificationẽ authenticam B. Raymundi Lulli conceſſam, á SS. Papa Leone X. & pié credendum eſt, eſſe ſcripturam aliquam ſpecialem, ſicut de altera pro B. Salvatore de Orta, refert Quintanilla § 25. pag. 68. num. 83. de non cultu. De qua quidem Beatificatione memorantur P. Marçal, in ſuo memoriali P. Vernon in vita Lulli, Mut in vita Lulli, Zepeda in vita eiuſdem &c. Et in huiuſmodi confirmationẽ, conſtat in Schrinio

Confraternitatis SS. Petri, & Bernardi, Almæ Sedis Mai. R. Drem. Antonium Serra Præsb. ann. 1562. fundaſſe Miſſam quamdam matutino tempore celebraturam die 29 Iunii, de cõmuni vnius Martyris, in honorem martyrii B. Raymundi Lulli, quod quidem legi, in libro publico, appellato, *Conſueta* diſtributionũ chori Sedis Maioricarum in præfato Schrinio recondito, cuius tenor talis eſt.

DIE 30 IVNII.

Die præſente, quæ eſt dies commemorationis Sancti Pauli Apoſtoli fiet Miſſa matutinalis de feſto omnium Martyrum, quæ fuit dies, in qua lapidatus fuit Magiſter Raymundus Lullus Dr. Illuminatus, fiet cum duabus cappis, abſque organo, diſtribuet Procurator quatuor denarios, in Epiſtola diſtribuet omnibus, & finita abſolutione, quæ fiet ante capellam S. Bernardi, diſtribuet duos denarios, nõ dicitur pro mortuis, neq; dicuntur ſeptem Pſalmi, quod fit per Rdum. Drem. Antonium Serra Præsbyterum, propter quod dedit ſex libras cenſuales, quas ei facit Guilielmus Vicens Parrochiæ de Selva, quæ ſtãt pro centum libris, vt apparet in poſſe Antonii Palou Nott. die 7. Martii 1562. incipit Miſſa anno 1562. & dictus cenſus regiſtratus extat in Capibrevio, fol. 506. Memoria antiqua.

Et in proceſſu cauſæ piæ B. Raymundi Lulli,

deſcriptæ extant orationes ſpeciales pro Miſſa eiuſdem, quarum prima communis, eſt & attribuitur Patri; Secunda vero ſecreta, & attribuitur filio; Tertia namq; poſt Communionem, & attribuitur Spiritu Sancto, & ſunt tenoris ſequentis.

Oratio prima, in honorem Patris.

DEus, qui B. Raymundum Martyrem tuũ vt veram filii tui cognitionem, & amorẽ gentibus communicaret, infideles converteret, & hæreticos frangeret vſque adeo illuminare dignatus es, & innumeris decoraſti miraculis, præſta quæſumus, vt eius intercesſione ad te cognoſcendum, amandum, & recolendum illuminemur, & corporis ſalutẽ aſſequamur. Per eumdem &c.

Secreta, in honorem Filii.

BEati Raymundi Martyris tui Dñe. quẽ ineffabili tuæ præſentiæ lumine multoties ipſi apparens decoraſti; quæſumus, vt mentes noſtras illuminare, & corpora reficere digneris. Qui vivis, &c.

Poſt Communionem, in honorem Spiritus Sancti.

PRæſta quæſumus Omnipotens Deus, vt Spiritus Sancti fervor incendat, quas Beati Ray. Martyris tui feſta letificat, qui dũ tui amore corda infidelium conaretur accendere, ab eiſdem per te lapidatus eſt. Qui vivis, &c.

Vidiſti, ó Chriſtiane Lector, tot fidedigna teſtimonia, martyrium B. Raymundi Lulli comprobantia; quapropter humiliter depræcor te, vt his maturé conſideratis rectè iudices; credo enim, ſat ſufficere præaſſerta, ad evidentē præfati martyrii comprobationem, ſalva ſemper humili reverentia S. Romanæ Eccleſiæ; ſed vt clarius eluceſcat huiuſmodi comprobatio: Ecce piiſsime Lector actum publicum, auctenticum, & legale, in quo veritas præaſſerta exactiſsimé demonſtratur.

In Dei nomine, & eius divina gratia, Amen.

Cunctis pateat evidenter, & ſit notum quod die 5. Decēbris, 1611. Illuſtres, ac Magnifici Domini Patres conſcripti Iurati Civitatis, & Regni Maioricarum: videlicet Leonardus Caforteza Domicellus, Ioannes Auguſtinus Garau, Iacobus Nozet, Cives Militares, Michaël Ioannes Cabrer, Ioannes Baptiſta Comenges, Mercatores, & Ioannes Fiol Faber, ſcientes, & attendentes, Reverendum Dominum P. Antonium Buſquets, Sanctæ Theologiæ Lectorem, Diffinitorem Franciſcanæ Provinciæ, huius noſtri Regni Maioricarum Syndicum electum, & deputatū á magno, & generali Concilio dicti Regni, de proximo receſſurū ad Sanctā Curiam Romanam, cauſa & occaſione dicendi, & demonſtrandi Suæ Sanctitati admirabilem vitam, Sanctimoniam, miracula, & glorioſiſsimam mortem cælitus illuſtrati Beati

Actū probans B R. martyriū.

Raymundi Lulli Martyris huius noſtri Regni, & ſuo loco deputandi, & obtinendi á ſua Sanctitate, & Cardinalibus canonizationem dicti Martyris Raymundi Lulli, ideo, & alias, vt melius conſtare poſſet de dicti Raymundi Lulli Martyrio, iuxta maiorum noſtrorum antiquiſsimam traditionem ſcripturis antiquis confirmatam, quod martyrium, dictus clariſsimus Martyr recepit in ciuitate Bogiæ é manu Turcarum infidelium, anno Domini milleſimo, trecenteſimo decimo quinto. Dicti Domini Iurati Patres, perſonaliter conſtituti in Monaſt. S Fran. præſidente, & præſente Illmo. & Nob. D. D. Carolo Coloma Locũtenenti, & Capitaneo generali pro ſua Regia Maieſtate in eodem Regno Mai. & D. Michaele Martinez del Villar Cancellariam Regente eiuſdem Regni, abſente Illmo. & Rmo. D. D. F. Simone Bauça, dicti Regni Epiſcopo (obſtantibus ipſius occupationibus, vt retulit) P. Fr. Andreas Balleſter dicti Ordinis S. Franciſci de mandato Admodũ Rdi. Provincialis Fr. Iuliani Oliver, omnes Fratres dicti Monaſterii, ſolemni proceſsione, alta Cruce, luminariis accenſis, exiſtentes á Sachriſtia, profecti fuere ad Capellam Beatæ Virginis Mariæ Puritatis, in qua reperitur ſepulcrum continens ab intra S. Corpus, ac illuſtres Reliquias glorioſiſsimi dicti Martyris Raymundi Lulli, & aperto eius ſepulcro marmoreo, extractum fuit Corpus, & Reliquiæ dicti glorioſiſsimi Martyris, á quadam arca lignea,

lint lintea ornata, & ſubito dicti Fratres gaudio magno, cantantes Hymnum: Deus tuorum militum, &c. detulerunt dictum Sanctum corpus ſua proceſsione ad altare maius præfatæ Eccleſiæ Sancti Franciſci, & procidentes adoraverunt omnes dictas illuſtres Reliquias, & volendo viſuram dicti corporis facere á peritis in medicina Doctoribus, & Magiſtris in arte Chirurgica ad hæc vocatis, nullatenus fuit poſsibile ob incredibilis gentis concurſum & frequentiam, ita vt neceſſe viſum fuit dicto Illuſtriſsimo Præſidi, & Iuratis ad dictum ſarcophagum corpus reſtitui, facta inter eos ſecreta deliberatione redeundi ad prædictum effectum faciendi hora impenſata, & ſic factum fuit, difficultate tamen non parva ob gentis multitudinē, præſentibus pro teſtibus ſpecialiter aſſumptis dicto Sebaſtiano Artigues Striptore, & Antonio Canals aratore; & dicto die poſt veſperas dicti Domini Iurati ſine vllo ſtrepitu ſe contulerunt ſecreto, & meliori modo quo potuerunt ad dictum Monaſterium, & ibi perſonaliter cōſtituti clauſis ianuis, & accenſis luminariis, prædicti Fratres iam ad hoc parati dictum corpus á dicto ſuo ſepulcro deſcenderunt, & ſua proceſsione ſolemni detulerunt illud, ad dicti Monaſt Sacbriſtiã ob multitudinem gentis obeuntem, & ſtantibus dictis Dominis Iuratis hoſtiariis in dicta Sacbriſtia, intratis intus Medicinæ Doctoribus, & Chirurgis, & Prioribus Religionum præſentis Civitatis á dictis

Illuſtribus Iuratis ad hoc convocatis, videlicet á Monaſterio S. Dominici Admodum Rdo. P. Fr. Petro Meſquida, Priore, & Bartholomæo Picera; & á Monaſterio B. M. de Carmelo, P. Fr. Petro Bibal, loco Prioris cum ſuo ſocio; Monaſterii vero S. Auguſtini Admodum R. P. Fr. Vincentio Oliver, Priore cum ſuo ſocio; & á Monaſterio Sanctiſsimæ Trinitatis Admodum R. P. Fr. Petro Georgio Fiol, Miniſtro cum ſuo ſocio; Monaſterii vero B. V. Mariæ de Mercede Admodum R. P. Fr. Petro Eſteva, dicti Monaſterii Commendatore cum ſuo ſocio: á Societate vero Iesu P. Ioanne Ioctera, Tagamanent, P. Ioanne Torrens, P. Hieronymo Moragues, & alio; & tandem á Monaſterio S. Franciſci á Paula R. P. Fr. Ioſepho Eſtalrich, Correctore, & P. Fr. Ioanne Marimon, Provinciali, & illius Ordinis ſocio, relictis nonnullis Clericis ibi præſentibus, & Sæcularibus: quamplurimi Doctores Magnifici, Martinus Vabres, Raphael Amer, Vincentius Armengual, Guilielmus Alcover; Chirurgi autem Franciſcus Viacava, Raphael Pou, Ioannes Strader, Petrus Cucurella, Bartholemæus Conteſti, Bonaventura Puig, & Sebaſtianus Vadell. Poſt maturam ſigillatim inſpectionẽ corporis dicti Martyris Raymundi Lulli, & poſtea communi inter eos in ſpectione, habito maturo conſilio, facta collocutione, fuit inter ipſos facta concluſio nemine diſcrepante, quod B. Martyr Raymundus Lullus in ſuo martyrio relictis vulneribus

 illius

illius corporis, recepit ſuper caput quatuor vulnera ſive feridas, *videlicet lapidum duo, gladii autem alia duo, quorum alterum recepit ad partem ſuperiorem oſsis petroſi, vt bene demonſtrat per ſuam inciſionem, quaſi uſque ad molleram dicti oſsis petroſi, alterum vero circum circa eiuſdem partis, ictus vero lapidum demonſtratur iuxta eorum ſub intrationem, alter in ſupercilio ſiniſtro, alter vero in occipitali capitis, quæ omnia ad maiorē gloriam Dei, & ad habendam de eiſdem memoriam in futurum ad requiſitionem dictorum Patrum Iuratorū eiuſdem Regni, & de mandato verbo mihi facto per dictum Dominum Locum tenentem Generalem, ego Petrus Ribot, Nottarius publicus, regens Scribaniā Vniverſitatis Maioricarum, præſentem actum continuari præſentibus pro teſtibus ad hæc vocatis, & ſpecialiter aſſumptis, Venerabilibus Franciſco Sabater, & Nicolao Borras, Presbyteris.*

§. XXVIII.

QVOMODO CVLTVS OBLATVS B. Raymundo Lullo in tota Maioricarum Diœceſi, permittatur.

VErum enim eſt, & ſufficientiſsimè patet, ex ante dictis B. Raymundum Lullum, venerari, ac coli in tota Maioricarum Diœceſi, ab immemorabili tempore, vti Martyrem Xpi, invic-

invictiſsimum; nunc autem ſolum remanet difficultas, quomodo cultus huiuſmodi permittatur in hac Diœceſi; ad quam breviter ſolvendam, reſpondeo dicendum, quod vivente SS. Papa Clemente VIII. die quarta Martii 1595. expeditæ fuerunt á Sacra Congregatione *indicis*, litteræ compulſoriales, ad proceſſum, Raymundi Lulli actorum conficiendũ, Rmo. Diœceſis Maioricarum Ordinario remiſſæ, quarum auctoritate præfatus proceſſus, acta Lulli continens, ab eodemmet Ordinario confectus fuit; & ſexto idus Iunii anno 1596. examinatus fuit cultus, B. Martyri Raymundo Lullo, in hac Diœceſi oblatus, & vti immemorabilis, ab Ordinario ipſo, permiſſus fuit, & in ſua poceſsione cóſervatus, ac relictus; vt conſtat in proceſſu.

Cult' immemor. B R L. examinatus auctorita. Apoſt. & permiſſus

Evenit poſtea, quod SS. Papa Vrbanus VIII. de conſilio Eorum. & Rorum. Dominorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium contra hereticam pravitatem, in vniverſa Republica Chriſtiana generalium Inquiſitorum die 13. Martii & 2. Octobris 1625. ſtatuit, ac decrevit, auferri cultum datum ſervis Dei, non beatificatis, vel canoniſatis á Sancta Sede Apoſtolica, quæ quidem decreta, confirmavit idemmet SS. Papa Vrbanus, Bulla Apoſtolica mediante, Romæ expedita, die 5. Iulii 1634 quæ legitur in cherub. thom. 4. Bulla 134. Vrb. VIII. pag. 196. in qua expreſſé

iubet, ne quorumvis hominum, cũ ſanctitatis, ſeu martyrii fama (quantumcumque illa eſſet) defunctorum, imagines, tabellæ, lampades ante ſepulcra ardentes, & quodcumq;aliud venerationem, aut cultum præſeferens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis &c. apponerentur, ante quam, ab Apoſtolica ſede canoniſarentur, aut Beatificarentur, & (ſi quæ appoſitæ eſſent) amoverentur, provt eas, ſtatim amoveri mandavit; declarat autem in præfata Bulla SS. Papa, ſe nolle præiudicare in aliquo, ſervis Dei, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, (ad cuius immemorabilitatis privilegium gaudendum, tempus centum annorum præſcripſit) aut per patrum, virorumq; Sanctorum ſcripta, vel longiſsimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii celebrantur. Hæc ſunt verba propria præfatæ Bullæ.

Bulla SS. Papæ Vrb. viii. nulla ten⁹ præiudicat cultui immemorab B. Ray. L. imo huic fovet.

Declarantes, quod per ſupraſcripta præiudicare in aliquo noluimus, neque intendimus iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorumq; Sanctorum ſcripta, vel longiſsimi temporis ſcientia, ac tolerantia præfatæ Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii celebrantur.

Quæ quidem Bulla, iam dicta, publicata fuit, in Hiſpania ann. 1641. *vt refert Quintanilla,*

pag. 30. *col.*1. *in fine*; ad cuius obtemperantiam Illmus. ac Rmus. D. D. Fr. Ioannes, á Santander, tunc temporis, ſedem Pontificalem Diœceſis Maioricarum tenens, viſitavit ſepulcra ſervorum Dei, quibus cultus offerebatur in eius Diœceſi, præcipuè ſepulcrum Venerabilis Patris Fratris Michaélis Bennazar Ordinis Sancti Dominici, & quia de cultu immemorabili, non conſtitit, auferri iuſsit (vigore prædictæ Bullæ) imagines, tabellas, & alia in eodem ſepulcro repoſita, cultum præſeferentia, quæ in Sachriſtiã conventus Sancti Dominici Inclytæ Palmæ, tranſlatæ fuerunt, vbi hodierna die adhuc cuſtodiuntur; Rurſus viſitavit ſepulcrum V. P. Fr. Bartholomæi Catañy Ordinis Minorum (in Templo Venerabilis Conventus, *de Iesu extra muros, appellati*, conſtructum & non conſtando de immemorabilitate cultus, ſimiliter auferri iuſsit: imagines, tabellas ex voto, & alia ibi repoſita cultum præſeferentia, quæ in Sacriſtia præfati Conventus lata fuerunt, ibiq; hodierna die cuſtodiuntur, vt cunctis Balearibus patet.

Cult' ablat' variis ſervis Dei

F. Micha. Bannazar

F. Bartho. Catañy.

Poſtremó namq; viſitavit ſepulcrum Venerabilis Martyris Raymundi Lulli, & examinans diligenter cultum in tota Diœceſi Maioricarũ eidem oblatum, viſoq; proceſſu eius vitæ, á ſuis Anteceſſoribus confecto, auctoritate Apoſtolica, anno 1596. evidenter comprobavit, ſuffi-

Cultus B. R. L. examin vigo. Bullæ SS. Pp. Vrba. 8. & in ſua pocesſio. relictus.

ſufficientiſsimis probationibus, præfatus Illmus. D. Fr. Ioannes á Santander Diœceſis Maioricarum Epiſcopus, quod Venerabilis ſervus Dei Raymundus Lullus colebatur in ſua Diœceſi, vti Martyr glorioſiſsimus, tamquam ſi eſſet canoniſatus, ab anno 1448. die 29. Iunii, vſq; ad diem examinis præfati cultus, & hoc abſque vlla diminutione, imo ſemper maximo totius plebis, devotionis augmento, ſcientia, patientia, & præſentia ſuorum anteceſſorum, & conſequenter vigore prædictæ Bullæ SS. Papæ Vrbani, in qua noluit, SS. Papa Vrbanus VIII. modo vllo præiudicare ſervis Dei, qui per immemorabilem temporis curſum, vel longiſsimi temporis ſcientia, aut tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii, coluntur; ordinavit, diſpoſuit, & mandavit, huiuſmodi cultum oblatum in Diœceſi Maioricarum ſervo Dei Raymundo Lul. vti Martyri glorioſiſsimo, in ſua poceſsione conſervari, & piiſsimé in eius oblatione proſequuturum fore, vt refert P. Fr. Franciſcus Marçal Theologus franciſcanus, Sancti Officii Maioricarum Qualificator, in memoriali pro Lullo, & ſingulis Balearibus patet.

Ex quibus; perfricta fronte concludo, quod ſi ante Decreta, & Bullam Vrbani VIII. cultus huiuſmodi Raymundo oblatus, in hac Diœceſi, erat ſolum tolerantia Sedis Apoſtolicæ; poſt

Cult'B.R poſt Bullā SS. Vrbi. Pp eſt expreſſe permiſſ' á S. Sede Apoſ

præfatæ Bullæ obtemperantiam, atque examē ab Ordinario confectū; eſt cultus iam expreſſé permiſſus, á Sede Apoſtolica, quamvis non ſit canoniſatus, vt ex ante dictis evidenter conſtat, cuicumq; non inſanienti; ratio autem quare SS. Papa noluit præiudicare his venerabilibus ſervis Dei, qui ab immemorabili colebantur, fuit, quia non permittit Deus homines Chriſtianos per annos fere centum in hoc decipi, ſi verum non eſſet, quia vt ſcripſit *Alexander Mauſonius Advocatus Romanæ Curiæ, citatus á Quintanilla* § 9. *fol.* 40. *col.* 1. *quando ficta ſunt ſanctitas, vel miraculum, neque per quadraginta dies continuare ſolent, numquam tamen per ſæcula á Deo permittuntur, iuxta ea, quæ notant Doctores in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct. vbi hoſtienſis in* 1. *Ioan. Andr. num.* 3. *verſ. dicunt autem An. de butr. num.* 3. *verſ. quero quæ requirantur. Higeſippus lib.* 3. *cap.* 3. *de Excidio Hieroſolymitano, & Epiſcopus Caſtellinus, fol.* 35. *dicit: non velle Deū plurimum temporis durare fictas virtutes, ac falſa miracula*; tam firmam enim habet auctoritatem cultus immemorabilis, vt in Hiſpania, tres venerabiles ſervi Dei, poſt legitimam eius probationem cum omnibus circumſtantiis neceſſariis, abſque beatificatione, vel canoniſatione, manutentionem, & extenſionem illius inter omnes Chriſti fideles, á Sacroſancta Sede Apoſt. obti-

Deus non permittit fictā ſāct. nec ficta miracula.

In Hiſpan trib' Sāct. conceſſa fuit à S. Sede Apo. manuten. cult' immemora.

obtinuerint, quorum primus eſt B. Petrus de Arbues, Aragoniæ Inquiſitor, & Martyr glorioſiſsimus; ſecundus enim: B. Ferdinandus Caſtellæ Rex; Tertius namq: B. Petrus Regalatus Ordinis Minorum, cuius cauſa, paucis ab hinc annis, me in Romana Curia præſente, terminata fuit, & tribus tantũ annis duravit, á principio, vſque ad finem.

B. Petrus de Arbues

B. Ferdin. Rex.

B. Petrus Regalat⁹.

Pluries Romæ exiſtens: de cultu immemorabili, in tota Diœceſi Maioricarum, venerabili Martyri Raymundo Lullo oblato, cum aliquibus Emis. ac Rmis. Dominis S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Sac. Rit. Cong Conſultoribus, varios diſcurſus habui, præſertim cũ Emo. ac Rmo. D. Card. Columna, Domino meo colendiſsimo, & ſinguli mihi dixere, cauſam cultus huiuſmodi, eſſe facilem terminandi; & idemmet ex auctoribus, materiam hanc exprimentibus, evidenter infero, præſertim, ex tractatu de canoniſatione Sanctorum, ædito á doctiſsimo Mata, & ad SS. Innocentiũ Papam XI. nunc feliciter Sacroſanctam Eccleſiam Catholicam regentem, dicato; quapropter, intimo cordis affectu, Perilluſtres Regni Maioricarum Conſules, vti Patres Patriæ meritiſsimos, ſummoperé depræcor, vt pii eremitæ Lulli eorum Patritii cauſam proſequi dignentur, ad hoc, vt B. Raymundus Lullus, eorum Patritius, qui

Cauſa declaration. & extẽtionis cult⁹ immemor facilis eſt.

glorioſus extat in Cælis, ſacri Martyrii feliciter laureatus palma, in terris quoque ab omnibus Chriſti fidelibus ſingulariter veneretur, & innumeris palmis, Palmam patriam ſuam condecoret, quó expectorato corde, ſupræmam excelſamq; Dei Optimi Maximi bonitatem, humiliter rogo, vt tam pium, ac arduum negotium dirigat, & ad optimum finem perducat, Amen.

CAPITVLVM II.

IN QVO APPROBATIONES, AC LVLLIANÆ DOCTRINÆ COMMENDATIONES BREVITER ENVCLEANTVR.

§. I.

LVLLIANÆ DOCTRINÆ APPROBATIONES aperiuntur.

INDVBITANTER affirmo, doctrinam Lullianam, approbatam fuiſſe á S. Sede Apoſtolica. Primo vivente SS. Papa Sixto IV. deputatis Romæ ſex Cenſoribus, videlicet Rmo. Antonio Epiſcopo Fanenſi, Rmo Noyano Epiſcopo Xephalenſi, Ferdinando Cordubenſi, Ioanne Abbate Sancti Bernardi Valentini, Iacobo Conil, & Guilielmo Bodonit, qui omnes, viſo, ac diligenter examinato libro, cui titulus eſt: *Ianua Artis Magiſtri Raymundi Lulli,* ædito á Petro Appro 1. S. Sedis Appoſtol.

Daguino, SS. Papæ obtulerunt cenſuram, quæ ſic incipit: *Beatiſsime Pater: poſt pedum oſcula Beatorum &c.* & omnimodé præfatum librum, qui principiis, & regulis Artis Lullianæ conſtat, approbaverunt. Cenſura præfata, excuſſa fuit Hiſpali anno 1500. die 26. Iunii, & illud refert Admodum R. P. Fr. Ioannes Riera, in ſuo memoriali pro defenſione Lulli, & illam legi in Bibliotecha Regii Conventus S. Franciſci de Obſervantia, vbi extat liber præfatus.

Tandem anno 1666. die 19. Iulii: præfata
2. Appro. Sedis Ap. Lulliana doctrina, iterum approbata fuit á Sacroſancta Sede Apoſtolica, vivente SS. Papa Alexandro VII. deputatis Romæ quatuor Cenſoribus, videlicet Illmo. ac Rmo. Domino Octaviano Epiſcopo Patracenſi Vicegerente, Rmo, Ioanne Paulo Oliva Societatis Iesu Præpoſito Generali, R. Patre Franciſco Macedo, Theologo Sancti Auguſtini Alumno, ac Sancti Officii Qualificatore, & Thoma de Leon Societatis Iesu Theologo, qui omnes viſo libro, cui titulus eſt: *Ars magna ſciendi*, in lucem ædito, á Rdo. Patre Athanaſio Kirchero, Societatis Iesu (qui quidem liber, commentum eſt Artis Generalis Illuminati Doctoris Raymundi Lulli) illum omnimode approbaverunt; qua cenſura, viſa á Rmo. Patre Fr. Hyacinto Libello Dominicano, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro

giſtro ad hæc deputato á SS. Papa Alexandro VII. ipſummet librum, Typis dari, conceſsit, vt in eodem libro evidenter patet.

Præter ſupradictas Sacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ approbationes, doctrina Lulliana á plurimis teſtib⁹ omni exceptione maiorib⁹ approbata eſt.

Primo ab Vniverſitate Pariſienſi, ingeniorũ paleſtra, Lullo publicé in ea perlegente; quadraginta Doctoribus pro cenſura deputatis. Qui omnes ſub iuramẽto affirmarũt: Lulli Artẽ nihil continere erroris, imo valdé vtilem eſſe. Anno Domini 1309. Menſe Februarii.

A Philippo Francorũ Rege, Verone. an. 1310.

A Franciſco de Neapoli, Cancellario Pariſienſi, Pariſiis. Anno 1311.

A Petro, Aragoniæ Rege, Valentiæ ann. 1369.

A Martino, Aragoniæ Rege, Cæſarauguſtæ anno 1399.

Ab Alphonſo, Aragoniæ Rege Cæſarauguſtæ. anno. 1425.

Ab eodẽ Rege Alphonſo, Neapoli an. 1449.

A Ferdin. Rege Cathol. Cæſaraug an. 1503.

A Carolo Quinto Imperatore ſemper Auguſto, Hiſpali. anno. 1526.

A Philippo Secundo, Hiſpaniarum Rege, fuit firmata prædicta approbatio. anno 1597.

Omnes prædictæ approbationes extant aucteuticæ Palmæ Balearium: & inſuper ſingulæ,

ſuis quoque locis, ac Regnis, & in proceſſu vitæ Raymundi inſertæ ſunt.

§. II.
DOCTRINÆ LVLLIANÆ COMMENdationes variæ deſcribuntur.

Lullianæ doctrinæ commen.

ASSero: Doctrinam, & Artem Lullianam, commendari ab infraſcriptis graviſsimis, atq; præclariſsimis viris, atque Doctoribus.

A Rmo. Raymundo Miniſtro generali Ordinis Fratrum Minorum, litteris Lullo datis. anno Domini 1290.

A Fabro Stapulenſi, in præfatione ad librũ, *de laudibus Virginis.* anno 1499.

Ab eodem in præfatione ad librum primũ: *de contemplatione in Deum.* anno 1505.

A Mariano Archadia, in libro Sententiarum. anno 1507.

Ab eodem, in Præfatione ad librum Proverbiorum. anno 1507.

A Carolo Bovilio, in Epiſtola, de vita Beati Raymundi Lulli. anno 1511.

Ab Alphonſo á Proaza, in calce libri, *de aſcenſu intellectus.* anno 1512.

Ab eodem, in præfatione ad Artem inventivam veritatis. anno 1515.

Ab eodem, in præfatione ſuper lecturam eiuſdem Artis. anno 1515.

A

A Remigio Ruſo, in Præf. ad Rethoric. anno 1515.

A Raymundo de Sabunde, in libro, cui titulus eſt: *Theologia naturalis.*

A Fabro Stapulenſi, in Epiſtola, ad Alphonſum ab Aragonia, Archiepiſcopum Valentinum. anno 1516.

Ab Iodoco Badio Aſcenſio, in Epiſtola, ad Bernardum Lavinetã, in Metaphiſica ann. 1516.

Ab eodem, in Epigrammate in Proverbia, & in alio Epigrammate in arborem ſcientiæ.

A Nicolao de Pax, in deſcriptione vitæ B. Raymundi Lulli. anno 1519.

A Reverendiſsimo Arnaldo Albertino, vtriuſq; iuris Dre. Epiſcopo paccenſi, & Inquiſitore, in commentariis lib. 6. queſt. 12. num. 75. in cap. de Hereticis. anno 1534.

A Balthazare Vbertino, in additione 2. ad Ioannem Trithemium Abbatem. anno 1546.

A Hieronimo Ruſſellio, in opere: *de componendis verſibus.*

A Iacobo Oleſia, in lib. *de lege Chriſtiana, lamentatione* 4.

A Michaële Oleſia, in opere, *de ſalutari contemplatione cap.* 9.

A Pico Mirandulano, in Apologia, diſput. *de Magia naturali, & Cabala.*

A Matthæo Malferit, in additiunculis ſuis ad Matthæum Palmerium.

A Ioanne Valerio, in opere, *ſummæ veritatis.*

A Ioanne Ludovico Villeta, Lullianæ doctrinæ Cathedratico Barchinonenſi, in Epiſtola ad Ludovicum Lullum.

Ab Emo. & Rmo. D. Franciſco Ximenes, S. Romanæ Eccleſiæ Cardinali Archiepiſcopo, in Epiſtola, ad Regnum Baleare.

A Gregorio Tholoſano, vtriuſq; iuris Drę. in Commentariis, in prologomena Sintaxis Artis mirabilis cap. 7.

A Ioanne Donlabio, in Proémio ſuper lib. *de Blanquerna.*

Ab eodem, in Epiſt. ad Doctorem Ludovicum Deſpónt.

A Beato Rhenano Alzadio, in Epigrammate ad librum *de Blanquerna.*

A Ioanne Angelo, in alio Epigrammate.

A Ioanne Cabanilio in opere, *de Sacro Oratore.*

A Ioanne Segui, Almæ Sedis Maioricarum Canonico, in deſcriptione vitæ M. Ray. Lulli.

Ab Antonio Belverio Canonico, Cathedratico Maioricenſi, in Apologia pro Lullo, contra Eymericum, dicata SS. Papæ Sixto V. & Philippo II. Hiſpaniarum Regi, & in aliis multis operibus ſuis.

A Nicolao Mellines, in deſcriptione vitæ Beati Raymundi Lulli.

Ab Auctore quartæ partis Chronicorum, Sancti Franciſci.

A Patre Fr. Antonio Buſquets, Lectore Sacræ Theologiæ, in memoriali ſuper cauſa Magiſtri Raymundi Lulli. anno 1614.

A Petro Hieronymo Sanchez de Lizarazo, in tractatu ſuper Arte parva Lulliana.

A Bernardo de Lavineta, ſuper eadem Arte, & doctrina Magiſtri Raymundi Lulli.

A Piiſsimo viro Bartholomæo Llull Almæ Sedis Maioricarum Canonico, qui Collegium Lullianum Beatæ Mariæ Sapientiæ, in Civitate Palma fundavit, vt Collegæ illius Lullianam doctrinam profiterentur; pro vt defacto hodierna die, præfati Collegii Alumni, illam ſumma cordis devotione profitentur.

A Reverendo Patre Fratre Matthæo Ferchio, in vita Subtilis Scotti.

A Patre Ioanne Riera, in memoriali, pro Lullo, præſentato Sacræ Congregationi Emm. DD. Cardinalium Sanctæ R. E. Inquiſit.

A Ioanne Henrico Aſtedl, in libro, cui titulus eſt: *Clavis Artis Lullianæ.*

Ab Abbate Ioanne Aubrio, in variis ſuis operibus.

A Petro Bertio, in tabula geographica p. 95.

A Iordano Bruno, *in Lulliano Scrutinio.*

A Valerio de Valeriis Nobili Veneto, in

eius tractatu, ſuper Arborem ſcientiæ.

A Patre Franciſco Marçal, Franciſcano theologo, in Summa Lulliana, & in aliis multis eius operibus.

Ab Alphonſo á Zepeda, in vita Lulli, in Prologo, ad librum *de Conceptione*, & in Prologo, ad Arborem ſcientiæ, Bruſſellis impreſſo.

A Doctiſsimo Ivo Pariſino Caputxino, in ſuoDigeſto ſapientiæ.

Ab Athanaſio Kircherio Societatis Ieſu, in Commento Artis Lullianæ, cui titulus eſt: *Ars Magna ſciendi*.

A Patre Nicolao Cauſino, Sacietatis Ieſu, in thom 4. Curiæ Sanctæ, tract. 1. ſectione 3.

A Patre Vernon, in vita B. Raymundi Lulli, ad SS. Papam Clementem nonum dicata.

A R. Patre Pacifico Caputxino in ſuo Itinerario Perſiæ. pag. 395.

Ab Illmo., ac Rmo. D. Henrico deSponde, Epiſcopo de Pamiers ſup. annum 1260. §. 2.

A Dermicio Thadeo Ordinis Minorũ Sacræ Theologiæ Lectore, in ſui Apologia contra P. Abrahamum Bzovium, impreſſa Leone apud Claudium Landii. anno 1627.

Ac ne longior ſim, á quamplurimis aliis &c.

CAPITVLVM III.
IN QVO IVRIDICÆ VINDICATIONES A CALVMNIIS QVIBVSVIS, LVLLIANÆ DOCTRINÆ IMPOSITIS, DEMONSTRANTVR.

§. I.
VARIA DE BEATO RAYMVNDO Lullo, ac de eius doctrina ſupponuntur.

SVPPONO primo Beatũ Raymundum Lullum, virũ fuiſſe bonum, iuſtum, & Catholicum, exaltationem Sacroſanctæ fidei catholicæ omnimodé procurantem; vtique talis veneratus fuit, dum in humanis agebat, á plurimis Regibus, & viris graviſsimis, præcipué á Chriſtianiſsimo Phillippo, Francorum Rege, & á Franciſco de Neapoli Cancellario Pariſienſi, vt conſtat, mediantibus actis publicis, & auctenticis, quæ ſunt tenoris ſequentis.

B. Lul. vir bon⁹ iuſt⁹ & fidei lampas.

Act. Phil. Fran Reg. in favorẽ B Lul. & ei' doctri

Philippus Dei gratia Franciæ Rex. Univerſis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem notum facimus, quod nos, audito Magiſtro Raymundo Lullo exhibitore præſentium, ipſum eſſe virum bonum, iuſtum, & Catholicum reputamus, & ad confirmationem, & exaltationem fidei Catholicæ fideliter inſiſtentẽ, quapropter nobis placet quod ipſe ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus, & præcipuè ſubditis noſtris tractetur benigniter, ipſiq; favor benevolus impendatur quod gratum habebimus, & acceptum. In cuius rei teſtiomnium, præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Datum apud Veronam, ſecunda die Auguſti, anno Domini 1310.

Act. Fran. de Neap. Cancelar. Pariſ. in favorẽ B. R. & eius doctrinæ.

Univerſis præſentes litteras inſpecturis, Franciſcus de Neapoli Cancellarius Pariſienſis. Vitæ huius meritorium tranſitum, & exitum ſalutarem attendentes, inſtruente Ambroſio, quod effectus operi cuicumq; titulum, & nomen imponit, viſis de Illuſtris Regis Franciæ ſpeciali mandato, & quantum occupationum frequentia petitur diligenter inſpectis, quibuſdam operibus quæ Magiſter Raymundus Lullus edidiſſe ſe dicit, ſcire vos volumus nihil nos inveniſſe in illis, quod bonis moribus obviet, & Sacræ doctrinæ Catholicæ ſit adverſum, quin potius in dictorum ſerie, ac tenore pro humani fragilitate iudicii ſcribentis, zelum fervidum, & intentionis rectitudinem pro fidei Chriſtianæ promiſſione, notantes ipſum, qui in tabernaculo Dñi. non argentũ,

& aurum,

& aurum, ſeu cum offerentibus caprarum pilos, & pelles, morem ſequutus Hieronymi, quod potuit offerre curavit, cupiens inſtar paupercula in Sacrum Gazophylacium aliquid mittere de ſua ſubſtantia nuditate: diſcretioni veſtra, quam bene valere in Domino cupimus, recommendamus, ex corde præſentes ſibi litteras concedentes in teſtimonium veritatis. Datum Pariſiis anno Domini 1311. die Iovis poſt Nativitatem Beata Maria Virginis.

Suppono ſecundo B. Raymundũ, dũ vivebat, ob eius eximiam doctrinam, variis titulis condecoratum fuiſſe, vt patet in acto publico, in Scrinio domus Perilluſtrium Regni Mai. Conſulium cuſtodito, quod eſt tenoris huiuſmodi.

Pariſiis habetur titulus ipſius egregii Dris. Magiſtri Raymundi Lulli Maioricenſis, vt ſequitur. Varia titula B. R. Lulli.

Homo novus ſcientia nova Doctor Barbatus, in ſuis Artibus, & ſcientiis approbatus.

Per Reges inviċtiſsimos Aragonum, in ſuis privilegiis dicitur.

Ille magnus in Philoſophia, & ſacra Theologia Magiſter, mirandarũ artiũ, & ſcientiarum auctor.

Per Sereniſsimum Francorum Regem prædicabatur in ſuperſcriptione Epiſtolarum.

Organum Sancti Spiritus, Doctorque divinitus illuſtratus Raymundus Lullus.

Per doctiſsimum in Artibus liberalibus Drē. Pariſienſem Raymundus Lullus, radius lucidus mundi.

De ipſo dicitur in partibus Angliæ.
Ille magnus Philoſophus Catalanus.
In partibus Italiæ dicitur.
Auctor Artis generalis ad omnia ſcibilia contrahibilis.
Per Ioannem de Rotaſiſa vocatur.
Minerva Chriſtiana, & Lampas fidei.
Secundum plurima quæ tractavit in libris ſuis, poteſt dici, & prædicari.
Procurator publicæ vtilitatis in Chriſto Ieſu.
Etiam poteſt dici propter ſapientiam infuſam,
Illuſtrator tenebrarum mundi.

ATTESTATIO.

COpia horum encomiorum ſumpta, & extracta fuit fideliter, á quadam tabula lignea, pendenti in pariete intus Archivium inſerius domus Iuradiæ Vniverſitatis, Civit. & Regni Mai. & cũ ea vt decet comprobata, per me Antoniũ Moll. Nott. publicum, & civem Maioricenſem, dictæ Vniverſitatis Syndicum, & Archiverium perpetuũ: vt igitur eidẽ copiæ licet manu aliena ſcriptæ, plena vbiq; ab omnibus adibeatur fides. Ego idẽ Antonius Moll Nott. hic me ſubſcripſi, & ſigillum dicti Archivii impreſsi, vt infra, die 19. Octobris 1660.

Antonius Moll. Nott. dictæ Vniverſitatis Syndicus, & Archiverius perpetuus.

Suppono tertio B. Raymundum Lullum, virum in toto orbe litterario celeberrimum, in Regno Baleari, vocari Drem. Illuminatum, & á plurimis Pariſienſibus, vocari Drem. Archangelicum, qui quidem plurimos in lucem edidit libros, ſpeciali methodo, doctrina altiſsima, & veriſsima exiſtente, vt ſic dixit doctiſsimus Gerſon Cancellarius Pariſienſis Vniverſitatis, (citatus á P. Vernon, in ſui apologia, fol. 285.) verbis his: *Doctrina Raymundi Lulli, altiſsima, & veriſsima, tamen in aliis diſcrepat á modo loquendi Doctorum, &c.* B. L. plurim. conſcripſit libros. Doctri. B. L. altiſs. & veriſs.

Suppono quarto numerum librorum Beati Raymundi Lulli, ignoſci, ob varias peregrinationes ab ipſo peractas, in quibus aſsidué novos tractatus deſcribebat, ex quibus Alponſus á Proaza in catalogo librorum Lulli, valentiæ impreſſo anno 1515. circa tercentũ enumerat, & Dr. Ioannes Llobet, Lullianæ doctrinæ Cathedraticus (vt refert Mut, in vita Lulli) dicebat, ſe legiſſe, vltra quingentos Lulli libros varios; Remigius vero Rufus, Pater Vernon, & Dominus de Alta-villa, affirmant, circa quatuor millia, Beatum Lullũ conſcripſiſſe volumina. Num. librorũ B.L. incert' eſt

Suppono quinto, quod in Bibliotecha domus Regiæ, vulgo: *Leſcurial de los Reyes.* in Hiſpania, vidĕtur plura B.Lulli volumina, iuſſu ſapientiſsimi Philippi Secundi Hiſpaniarũ Re- Bibliotec. del Eſcur.

gis Cathol. perquiſita, & ibi diligẽter cuſtodita.

Suppono ſexto quod in Bibliotecha Inclytæ Pariſienſis Vniverſitatis, plures cuſtodiuntur B. Lulli libri, & ſunt iſti, vt dicit Pater Vernon in vita Beati Lulli fol. 380. vſque ad fol. 385.

Liber Naturæ.
Liber Metaphyſicæ.
Electorium Raymundi.
Realis diſpoſitio intellectus ad Artem Raymun.
Ars Magna Vniverſalis.
De ente reali, & rationis.
Inveſtigatio generalium mixtionum.
Quæſtiones principiorum generalium plures.
Quæſtiones Magiſtri de Attrebato.
Quæſtiones quas quæſivit quidam á Raymundo.
Liber reprobationis aliquorum errorum Averrois.
De libero arbitrio.
De Prædeſtinatione.
De prædeſtinatione, & præſcientia.
Liber de Anima.
Liber de Deo.
Liber de quæſtione valde alta, & profunda.
Parabola Iuvenis, ad diſponendum Chriſticolas.
Teſtimonia Paganorum, vel Gentilium pro Xpianis.
Probationes articulorum ſectarum trium.
De Sacramentis Eccleſiæ.
Epiſtola Raymundi.
Demonſtratio per æquiparantiam.

Supplicatio

Supplicatio Raymundi.
Liber de minori loco ad maiorem.
Liber de concordia, & contrarietate.
Lib. de accidente, & ſubſtantia.
Liber de actu maiori.
Lib. de novo modo demonſtrandi.
Probatio articulorum fidei.
De maioritate, & fine.
Perfectio, & cauſa conſtantiæ Chriſtianorum.
Dilectus filius meus.
De contemplatione Ray.
Contra Antichriſtum.
Quæ lex ſit magis vera, magis bona, &c.
Petitio Raymundi pro converſione infidelium.
Petitio Ray in Concilio Gen pro miſsione vniverſali.
Liber de acquiſitione terræ Sanctæ.
Probatio per novum modum quintum vniverſalium, & decem prædicamentorum.
De propriis, ac communibus actibus rationũ divin.
De voluntate infinita, & ordinata.
De toto Vniverſo.
Liber facilis ſcientiæ.
Quæſtiones ſupra librum facilis ſcientiæ.
Ars prædicationis.
Liber ad probandum articulos fidei per ſyllogiſticas rationes.
De quæſtionibus theologiæ ſolutæ per actum Ray.
Declaratio Raymundi per modum dialogi, in

quà cenſurantur errores Turcarum.
Arbor Philoſophiæ amoris.
Diſp. 5. hominum ſapientum.
De diſp. fidelis, & infidelis.
Compendiũ artis demõſtrativæ.
Apoſtrophe ad ſummũ Pontificẽ.
Quod fides eſt magis probabilis, quã improbabilis.
De converſione ſubiecti, & prædicati, & medii.
De poſſibili, & impoſſibili.
De fallaciis.
De natali puerili.
Liber novus Phyſicorum.
Liber Metaphyſicæ novæ.
Ars myſtica Philoſophiæ, & Theologiæ.
De perverſione entis removenda.
Liber correlativorum innatorũ.
De ente infinito.
Liber de diſputatione Ray. & Homerii Sarraceni.
Quæſtiones per artem demonſtrativam.
Ars generalis vltima.
Ars demonſtrativa.
Propoſitiones ſuper Artem demonſtrativam.
Commentarius in Symbolum Athanaſii.
Libel. de quæſtionibus.
Liber de gentili, & cæteris ſapientibus.
De intellectu.
De articulis fidei, quos negant infideles.
De cognitione Dei.

Liber

Liber de tuo eſt.
De memoria.
De voluntate.
De arbore Philoſophiæ.
Petitio pro cõverſione infidelium.
De Epiſtola.
Ray. de caſibus.
De quæſt. dubitabilibus ſuper ſenten. 1208. *Pariſ.*

Suppono ſeptimo quod in Bibliotecha S. Victoris Pariſiorum, (vt dicit P. Vernon in vita Lulli fol. 385. vſque ad fol 387.) varii extant Lulli libri, & ſunt ſequentes. Bibliotec. S. Victor. Pariſiorũ.

EPiſtola ad Chriſtianum.
Liber de novis fallaciis.
Principium artis demonſtrativæ per æquiparantiã.
Fallaciæ Turcarum.
Lib facilis ſcientiæ qui eſt brancha Artis generalis.
Quæſtiones ſuper librum facilis ſcientiæ.
Plures tractatus Ray. Lulli ſcilicet: De Arte Dei.
Item liber in Gallico de amico, & amato.
Item ars de inventione Iuris.
Item de regulis introductoriis.
De modo intelligendi naturali.
Item liber Clericorum.
Item de centum ſignis Dei.
Item de Perfectione entis de Removenda.
Item liber novus Phyſicorum compendioſus.
Item de ente infinito.

Item de Prædeſtinatione, & Præſcientia.
Item diſp. Raymundi Chriſtiani, & omnes Sarrac.
Item de Concilio.
Item de venatione ſubſtantiæ, & accidentis.
Philoſophia amoris Ray. Lulli.
Tract. quatuor Raymundi Lul.
De centum ſignis Dei.
De punctis tranſcendentibus.
De Aſtronomia.
Philoſophia amoris.
Logi. materialis, ſeu naturalis.
De Natali Parvuli Pueri Ieſu.
De novem ſubiectis, & eorum definitionibus.
De Incarnatione.
Summa Raymundi.

Biblіotec. Collegii S. Iſidori Romæ.

Supono octavo, quod in Bibliotecha Collegii S. Iſidori Vrbis Romæ, plurimi cuſtodiuntur Lulli libri, ibi depoſiti, ad inſtantiam Perilluſtrium Regni Maioricarum Conſulium, qui eos miſerunt ad Curiam Romanam, ad Canoniſationem B. Raymundi Lulli procurandam, & ſunt iſti.

LIBRI TEOLOGICI.

Liber centum formarum generalium.
Liber dictus concordia opinatæ contradictionis in Divinis.
De figuris principiorũ Theologiæ.
De fine intellectus Divini.

De

De intelligentia Dei.
De intelligere Divino.
De ſcientia Dei perfecta.
De Dividua, & individua maieſtate.
De Div. ratione, & prædeſtinatione.
De prædeſtinatione contra Iudæos.
Lib. de quæſt. quam quæſivit quidam Fr. Minorita.
De Deo, & ſuis propriis qualitatibus infinitis.
De demoſt. per æquiparan. quod in eo ſit diſtinctio.
De differentia correlativorum dignitatũ divinarũ.
De multiplicatione quæ fit ſuper Trinitatẽ divinã.
De decretis SS. Trinitatis.
De Trinitate infinita.
De actu maiori divinarũ perſonarũ, & rationum.
De altiori agentia Dei.
De inventione maiori.
De neceſſaria probatione congrua, & potiſsima individuis.
Liber Epiſtolarum ad Magiſtros in Philoſophia.
Liber diſputationum adverſus Sarracenos, & Gentiles, diſtinctionem in Divinis negantes.
Liber de Ieſu Chriſto, & eius Incarnatione.
De convenientia Dei, & mundi.
De forma ſedis Maieſtatis.
De Deo, & Chriſto.
Volumen continens ſeptem libellos contra, &c.
Liber de Sancta Trinitate, & Incarnatione Verbi.
Liber Prophetarum in iudicio pro, & contra.

Lib. de conc. veteris, & novi teſtamẽti per rationes.
De ſcala graduum, & de Conceptione B. Virginis.
De heremitarum diſp. ſuper conceptu virginali.
De miraculis, & orationibus Beatæ Mariæ Virgin.
Liber de Beato Thoma ſuper Conceptione, & Matris digniſsima puritate.
Liber quid debeat Chriſtianus credere.
Liber de ſeptem Sacramentis.
De probatione Sacramentorũ per artẽ Geometriæ.
Liber ad intelligendum Deum.
Declaratio quod fides Catholica ſit magis probabilis, quam non.
Diſputatio fidelis, & infidelis.
Diſp. contra Iudæos, & Sarracenos.
De fide Catholica contra Sarracenos.
Practica 1. Artis inventivæ ad prob. fidei Cathol.
Liber in quo probantur articuli fidei per rationes ſyllogiſticas.
Expoſitio ſalutationis Angelicæ.
De converſione infidelium.
Liber de maiori fine intellect⁹ amoris atq; honoris.
Liber de fructibus Paradiſi.
Liber de Beatitudine.
Doctrina Chriſtiana magna.
Doctrina eadem parva.
Rudimenta eius doctrinæ Catholicæ, necnõ Rithmi.
De Arte magna eligendorum Prælatorum.
De Arte electionis compendioſa.

Liber

Liber de Confeſsione Catalani Rithmi ſcriptus Maioricis anno 1311.

Medicina peccati Catalani Rithmi.

De conſcientia pura.

Liber mille Proverbiorum Cathalan.

Liber de compẽdioſa contemplatione.

Liber contemplationum Martyrum.

Pſalterium Raymundi Lulli miré concinnatum rithmis Cathalanis, centum Dei nomina per totam hebdomadam, in Horis Canonicis, ſeptem.

Horæ officii Sanctæ Crucis.

Conſilium Raymundi ad Summum Pontificem pro Miſsione vniverſali.

Liber contradictionis conta Averroiſtas.

De efficiente, & effectu contra quemdam Averroiſtam, incipit, Pariſiis Raymundus, & Averroiſta diſputabant.

De prædicatione contra Iudæos, & Sarracenos.

Epiſtola ad Magiſtros Theologiæ.

Sermones centum cum arte maiori ad expoſitionẽ Evangeliorum Dominicarum, & Feſtorum.

Sermones 180 *ad expoſitionem doctrinæ Chriſtianæ.*

Sermones ſuper ſeptem præcepta Decalogi.

De operibus miſericordiæ.

Supplicatio Raymundi ad Papam, & Concilium Viennenſe pro miſsione.

Supplicatio Raymundi contra Petrum Phantaſticũ, vbi Raymun reſpondit miré omnibus, quæ nunc

aliqui malevoli illi obiiciunt, impreſſ. Pariſiis.

De fallaciis quas non credunt facere ij, qui contra puriſsimum Dei actum diſputant, & credunt eſſe Philoſophantes.

Diſputatio Raymundi, & Averroiſtæ, inc. Pariſiis fuit magna contrarietas.

Liber contradictionis continens centũ ſyllogiſmos, inc. Accidit quod Averroiſtæ, & Raymundus.

Liber de ſyllogiſmis contradictoriis, inc. Antequam Raymundus, & Averroiſtæ receciſſent.

Sermones contra errores Averroiſtarum, inc. Cum Averroiſta fuit valde ſenſibilis.

Liber demonſtrationis per æquiparantiam, inc. Quid demonſtratum fuit ab antiquis.

Liber per quem vnuſquiſq; poteſt diſcernere, quæ lex ſit maior, melior, & clarior, inc. Quoniã pleriq;

Liber continens confeſsionem, inc. Cum peccatũ ſit.

Liber de Hebraico tranſlatus in Latinum, qui dividitur in duas diſtinctiones, quarum prima eſt de Trinitate, ſecunda de Incarnatione.

Diſputatio quinque hominum ſapientium, inc. Hæc diſputatio quatuor habet partes.

De controverſia fidei, & intellectus, vtrũ articuli fidei poſsint probari, an non? inc. Accidit quod intellectus.

LIBRI LOGICI.

Liber de quatuor ſyllogiſmis.

Logica Catalana Rithmicè.

Logica

Logica parva impreſſa.
Logicæ Epitome
Tractatus Logicæ.
De ſyllogiſmis contrariis.
De medio ſyllogiſmi naturalis.
De propriis regulis demonſtrationū.
Iſagoge ad Rhetoricam.
Ars magna Rhetoricæ.
Ars ad memoriam confirmandam, inc. Ratio quare præſentem tractatum volumus colligere, ſcriptum Piſis in Conventu Sancti Dominici.
Introductoriū Artis demonſtrativæ, conſtans 4. cap. inc. Nunc autē ad tractādū de propoſito negocio.
Lectura Artis demonſtrativæ, inc. Ars demōſtrativa quæ propter ſuam generalitatem nō ſolum parti, ſed etiam toti Philoſophiæ novimus eſſe viam.
Ars demonſt. quæ inc. Deus qui clarificas, &c. & quoniā hæc ars ſequitur regulā artis compēdioſæ.
Liber magnus mirandarum demonſtrationum.
Liber de applicandis principiis.
Diſputationes variæ cū variis.
Liber de intellectu, inc. Quidam homo &c.

Suppono nono. In Regno Maioricarum, variis in Bibliotechis, præſertim Regii Conventus, Sancti Franciſci, Collegiorum Montis-Sion, ac Beatæ Mariæ Virginis Sapientiæ, plurimos exiſtere Beati Lulli libros, quos ego diligenter perquirens, vidi, & ſunt ſequentes. Bibliotec. S.Franciſ. Mon-Siō, ac Colleg. Lulliani.

ARs brevis. Impreſſa.
Ars generalis impræſſa.
Ars compendioſa. Manuſcripta.
Ars inventiva veritatis. Impræſſa.
Ars Philoſophiæ boni amoris. Imp.
Lectura ſup. Artem inventivã, & tabul. gen. imp.
Lectura ſuper Artem demonſtrativam. Manuſcrip.
Liber quæſtionum quodlibetalium impræſſus.
Tabula generalis. Impræſſa.
Liber de lumine. Manuſc.
Liber de demonſtratione per æquiparantiam. Imp.
Liber de aſcenſu, & deſcenſu, intellectus. Manuſc.
Liber de diſputatione fidei, & intellectus. Impræſſ.
Liber de concordia fidei, & intellectus. Impræſſus.
Arbor ſcientiarum. Impræſſa.
Liber proverbiorum. Impræſſus.
Liber de centum Dei nominibus. Impræſſus.
Liber de eſt Dei. Manuſcriptus.
Liber de Deo, & Chriſto. Manuſc.
Liber ſententiarum. Impræſſus.
Liber de planctu. Impræſſus.
Ars prædicandi maior. Manuſcrip.
Ars prædicandi minor. Manuſcrip.
Liber 52. ſermonum contra infideles. Manuſcrip.
Liber de quæſt. ad Thomam Atrabanenſem. Impræ.
Liber diſp. Ray. Xpiani. & Homerii Sarraceni. Imp.
Liber diſputationis quinque hominum ſapientum contra Græcos, & Iudæos, &c. Impræſſus.

Liber

Liber de Gentili, & tribus ſapientibus contra Iudæos, & Sarracenos. Manuſcriptus.
Liber de ſubſtantia, & accidente. Impreſſus.
Liber de Prædeſtinatione. Manuſcriptus.
Lib. de Apoſtrophe Raymundi ad Sanctiſsimum Papam Bonifacium octavum. Impreſſus.
Liber de Blanquerna. Impreſſus.
Liber de Natura. Manuſcriptus.
Liber de fine. Impreſſus.
Lib. de Pater Noſter Manuſcrip.
Lib. de Ave Maria manuſcrip.
Lib. de Articulis fidei. Manuſc.
Liber de nobilitate. Manuſcript.
Liber Canticorum. Impreſſus.
Liber de orationibus per decem regulas Manuſcrip.
Liber Orationum pro Regina Aragonum. Manuſcrip.
Liber de Anima Rationali. Impreſſus.
Liber de laudibus Beatæ Mariæ. Impreſſus.
Liber de Conceptione Beatæ Mariæ. Impreſſus.
Ars Rethoricæ. Impreſſa.
Lib. de ſeptē Horis Off. B. M. Virg. Manuſcriptus.
Planctus doloroſus Beatæ Mariæ Virginis ſuper paſsionem Filii ſui. Manuſcriptus.
Liber de Metaphyſica nova. Manuſcriptus.
Ars Philoſophiæ deſideratæ ad filium Manuſcrip.
Liber de principiis Philoſophiæ ſecundum Artem demonſtrativam. manuſcriptus.
Liber de Lamentatione Philoſophiæ ad Regem

Francorum contra Averroiſtas. Impreſſus.
Libellum Chaos. Manuſcriptum.
Liber dictus felix. Manuſcriptus.
Liber de levitate, & ponderaſitate elemẽtorũ. Ma.
Liber de principiis Medicinæ. Manuſcriptus.
Liber de Geometria nova. Manuſcriptus.
Liber de militia Clericali. Impreſſus.
Liber de militia Sæculari. Manuſcrip.
Ars Iuris brevis. Manuſcripta.
Ars Logicæ novæ. Impreſſa.
Liber de Doctrina puerili. Manuſcriptus.
Liber de principiis Aſtronomiæ. Manuſcriptus.
Liber, quo quiſque poteſt diſcernere, quæ lex melior, & clarior videatur.
Liber de ordinatione, ſuperiori, & inferiori Man.
Logica parva. Manuſcripta.
Liber de Natali Parvuli Puerili ad Chriſtianiſſimum Regem Franciæ. Impreſſus.
Liber de Horis Offici Sanctæ Crucis. Manuſcriptus.
Liber dictus Phantaſticus. Impreſſus.
Magnus liber contemplationum in Deum, ſunt quinque libri, primus, & ſecundus extant impreſſi, alii vero manuſcripti.
Introductorium Artis Generalis. Impreſſum.
Liber de prima, & ſecunda intentione. Impreſſus.
Ars inveniendi medium manuſcripta.
Liber de quinta eſſentia. Impreſſus.
Ars amativa. Manuſcripta.

Liber de infinito eſſe. Manuſcriptus.
Liber de poteſtate infinita. Manuſc.
Liber de ſeptem Eccleſiæ Sacramẽtis. Manuſcriptus.
Liber de gradibus Medicinæ Manuſcriptus.
Ars amativa boni. Manuſcripta.
Lib. reprobationis aliquorum errorũ Averrois. Man.
Liber Intellectus. Manuſcriptus.
Liber de ſignificatione Artis Generalis. Manuſc.
Liber de experientia realis Artis Gen. Manuſcrip.
Liber de differentia, concordantia, & contrarietate, & de centum ſignis Dei. Manuſcriptus.
Liber de homine. Manuſcriptus erudit iſſimus eſt.
Liber ad contemplandum Divinam Trinitatẽ Ma.
Liber de ente abſoluto. Manuſcriptus.
Liber contra opiniones erroneas. Manuſcriptus.
Brevis practica Tabulæ generalis. Manuſcripta.
Ars brevis prædicandi.
Lib. de efficiẽte, & effectu contra quẽdã Aver. Ma.
Liber de memoria. Manuſcr.
Tabula ad omnes ſcientias apta. Manuſcripta.

Suppono decimo Lullianam doctrinam in Regno Maioricarum magna veneratione coli, ac publicé profiteri, præcipué in Lulliana Vniverſitate, fundata ad hoc, vt in illa doceatur cunctis præfata doctrina, vbi variæ extant Cathedræ, legentibus, ac docentib⁹ eximiis Doctoribus Cathedraticis doctrinam illam variis auditoribus, florentibusquè celeberrimis diſci-

Doctrina Lull. valdé floret Maior.

pulis, in prædicta doctrina peritiſsimis, vt cunctis Balearibus patet.

Tandem ſuppono Beatum Raymundum Lullum, ſe, ac omnia ſcripta ſua, humiliter correctioni S. R. E. ſubiiciſſe, vt patet in ſequentibus textibus.

TExtus 1. Illa, quæ in hoc opere propono dicere; volo quód ſic intelligantur in omnibus, ſalva veritate, reverentia, & honore Eccleſiæ Romanæ Sacroſanctæ: cuius correctioni, hæc, & omnia alia mea dicta ſubmitto. In Prologo libri Sententiarum.

2. Verumtamen, ſi in aliquo ego erravi in iſta Quæſtione; vel, in aliis de Deo; peto correctionem á Doctoribus Sanctæ Eccleſiæ Romanæ. Quæſt. 1. ad Thomam Atrabatenſem.

3. Raymundus, á Deo miſericordiam petit, ſi in aliquo negligens fuerit, in tractatu huius Arboris. Et, ſi in aliquo erravit in ipſa; ex certa ſcientia non erravit; ſed, ignoranter. Et ſupplicat Sancto Patri Domino Papæ, & ſuis Fratribus, quod hunc librum gratanter accipiant: & ipſum corrigant; ſi in ſe aliquem errorem contineat, in fine libri appellati: *Arbór Sientiæ.*

4. Et Raymundus ante dictis Doctoribus Pariſienſibus, ac Magiſtris humilter ſupplicavit, vt, ſi in aliquo erraverit in hac Arbore; illud ad ſuum placitum, & ſecundũ ſuam diſcretionem

corrigerent. In fine lib. nominati: *Philoſ. Amoris.*

5. Cæterú, quia neceſſe eſt, nos, in hoc libro loqui de Deo: idcirco, ſi in aliquo contra fidem Catholicam errare contigerit; dicimus, & confitemur, non ſcienter, ſed ignoranter feciſſe: & id ſubmittimus corrigendum Eccleſiæ Romanæ Sacroſanctæ, tamquam fidelis, & Catholicus Chriſtianus. In Prologo libri, *de Aſcenſu, & deſcenſu intellectus.*

6. Si nimia noſtrorum ſermonum improprietas (vt loquamur ſententioſius) vel noſtri ingenii, aut etiam tranſlatoris inſufficientia, aliquem errorem contra Sanctam Fidem Catholicã prætendere videatur: correctionẽ Eccleſiæ Romanæ Sacroſãctæ ſuppliciter imploramus. In Prologo *Artis inveniendi veritatem.*

7. Nos tamen, hanc ſcientiam, ſive Lecturã, correctioni Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ ſubmittimus; ſi forte in quavis ipſius parte (vt homines ſumus) á via veritatis deerraverimus: credentes, & confitentes, id, (ſi quid erit) certa ſcientia non feciſſe. In Prologo Lecturæ ſuper *Artem inventivam veritatis.*

8. Hic Tractatus corrigatur; ſi ego in aliquo erravi. In fine lib. *de Oratione per decem Regulas.*

9. Si vero quidquam malé diximus; vel prætermiſimus; correctione dignum: id, ignorantiæ noſtræ; ac fragilitati aſcribendũ eſt. Et exoramꝰ

intelligatur id eſſe:& ideo ad correctionem Sacroſanctæ Eccleſiæ ſubmitto iſtum librum, tãquam verus Catholicus Chriſtianus. In Prolog. lib. *de demonſtratione per Æquiparantiam.*

15. Et Venerabiles Domini mei Theologi, ſive Doctores in Theologia, qui ſunt columnæ Sanctæ Fidei Chriſtianæ, veré dicunt: & credo quód prædictam veritatem diligunt. Verumtamen, ſi in aliquo erravi; illud, in quo erravi, nõ credunt, nec diligunt; cúm ſint amatores veritatũ, ac correctores: Et, ſi ego erraverim: ſcienter non erravi; ſed ignoranter: & humiliter, ac, ſicut poſſum, ſupplico eis, ſicut ſervus fragilis poteſt ſupplicare Nobiliſsimis, & Potentiſsimis Dominis ſuis; quód dicta mea corrigant, declarent, acceptent, & ordinent. In fine lib. *Contra errores damnatos Pariſiis.*

16. Cum ego, huius compilator operis, ſim culpabilis, & peccator; multumq; inops ſcientia, & meritis, cæteriſq; rebus, quæ cum virtutibus ſunt ducentis: ideoq; hoc opus correctione Sanctæ Fidei Romanæ ſubiaceat: ſi ego, in aliquibus locis huius Operis, per ignorantiam, ac vocabulorum improprietatem, ſeu per inſufficientiam ſermonum non ſufficientium altitudini, & materiæ huius libri; dixerim, ſeu in hoc præſenti libro, ſeu in aliis, quos compilavi; quidquam, contrarium Sanctæ Fidei, ædificatæ á

Domino Ieſu-Chriſto, & conſervatæ á Sūmō Pontifice, Patre Sancto, & á cunctis Prælatis Eccleſiæ Sanctæ, ſubiacentibus Romanæ Fidei diſciplinæ: ſupplex poſtulo devotiſsimé, quantū poſſum, vt illud in correctionem deveniat; tāquam fidelis Xpnꝰ. confitens, & proteſtās me nō errare voluntarié; ſed ſolum per ignorantiā; &, quia indignus ſum de tātæ materiæ celſitudine pertractare. In Prologo lib. *De 14. Artic. Fidei.*

17. Si forté in aliqua parte, vel partibus ipſius libri, erraverimus, per vocabulorum, ſeu dictionum improprietatem, vel inſufficientiā; ſeu, per falſam, aut debilem ſententiā, & trāſlationem: ſive per aliqua (quæcumq; ſint illa.) In quibus non erravimus ſcienter; ſed ſolū, per ignorantiæ cæcitatem: ſubiicimus vniverſaliter correctioni Romanæ Eccelſiæ Sacroſanctæ. *In fine eiuſdem libri.*

18 Finit libellus de Diſputatione Chriſtiani, & Sarraceni. In quo, ſi ego Raymundus, aliquid contra Fidem Catholicam ſum loquutus: hinc confiteor, me dixiſſe ignoranter, & non ſcienter: & ſubmitto me, & ipſum librum, correctioni Maiorum Dominorum, & Doctorū Catholicorum, & Sanctæ Eccleſiæ Romanæ, tamquam fidelis, & verus Chriſtianus. *In fine ſupradicti libelli.*

19. Si autē in aliquibus defecerim; me tædet

quam-

quamplurimum. Scit enim ipſe Deus; me, ex certa ſcientia non erraſſe. Paratus attamen ſum, correctionem, & doctrinam á vobis ſuper hoc ſuſcipere. Lib. *de laudibus Beatæ Mariæ.*

20. Si forte in hoc opere aliquis reperiatur defectus, vel error contra Sanctam Fidē Catholicam; nos dicimus, & affirmamus, ipſum defectum á nobis eſſe: & in ipſum errorem nos incidiſſe propter ignorantiam, habentes bonam intentionem, caſtam, & Catholicam. Quem errorem nos non credimus; nec affirmamus: immó rogamus ab hoc opere removeri. In fine lib. *de Contemplatione.*

21. Nihilhominus Domine Deus meus proteſtor; ſi forté in aliquibus errarem loquendo impropriè, vel contra veritatem, quod ſubmitto me, & quidquid dico in hoc tractatu, vel in aliis quos feci, correctioni Fidei Catholicæ, & Romanæ Eccleſiæ Sacroſanctæ. In lib. *Diſputationis quinque hominum ſapientum. cap. 2.*

Extitit itaq; Dr. Illuminatus B. Raymundus Lullus, in ſcribendo plurimus; quippe qui librorum multitudine cæteros omnes antecelluit, in quorum principio, medio, & fine Deum invocat, benedicit, laudat, & ſummopere gratulatur, nihil in illis intendens, niſi verum Dei amorem in omnium cordibus infundere, & ianuā intellectui hominū aperire, vt ſapientiā acquirendo,

Ray. in ſcribēdo plurimus.

Deū invocat in omnib' ſcrip

Ars Gen. omn. ſcibilia cõprehẽdit.

ignorantiam effugiant; quapropter Artem Generalem ſibi á Deo datam in lucem ædidit, quæ quidem omnia ſcibilia comprehendit, vt iam antea prædixi, & á tot graviſsimis viris confirmatum extat, & pulchré illud præcantavit Perilluſtris Dr. *Petrus Hieronymus Sanchez de Liçarazo* Eccleſiæ Cathedralis Tiraſonenſis Decanus, Lulli interpres in expoſitione Artis Lullianæ. Tiraſonæ impreſſa ann. 1613. vbi loquendo de Arte Lulliana ſic dicit: *non enim me putarit parũ in hoc Deo, & communi vtilitati deſervire, ſi ianuam intellectui hominum, ad maiorem ſapientiã, tam circa naturalia, quam ſupernaturalia percipiendam á noſtro ſacro auctore in ſua arte manifeſtatam, & multis hactenus occluſam demonſtrarẽ, & apperirem.*

Lul. ſol⁹ eſt, qui ArtẽGen. invenit.

Chariſsime Lector: Auctores quære, Auctores lege, & perlege, Artem Generalem omnia ſcibilia comprehendentem, nullatenus invenire poteris, extra Lullianam; & in hoc præcipué Illuminatus Lullus omnibus antecelluit; & ſi negas, quicumq; ſis: oſtende, & iterum dico tibi oſtende aliam Artem Generalem, præter Lullianam?

Lul nullũ alteri⁹ citat teſti.

Sac.ſcrip. explicat.

Rurſus celeberrimus Lullus, in omnibus eius ſcriptis, vix vllum alterius citat teſtimonium, (præter ſacram ſcripturam, quam in plurimis libris explicat, præſertim in Arte prædicandi

maiori, & in libro ſermonũ contra Iudæos, vbi per auctoritates veteris teſtamenti, Iudæos omnimodé confundit, quem citó, ſi Deo placet Typis dabo) ipſæ ſunt Lulli voces, & vlulatus, rationibus demonſtrativis arguit, & diſcurit: & ſcis quare nullum alterius citat teſtimoniũ? quia dicit ipſemet in libro proverbiorum verba hæc: *qui arguit per auctoritatem non habet requiem.* Rationib' arguit, nõ auctorit.

Candor, æquitas, innocentia, ſinceritas, pietas, profunditas, & humilitas huiuſmodi doctrinæ cælitus infuſæ, verbis exprimi nõ poſſunt. Quiſquis enim eam prægustavit, ab illa, ſicut ferrum á magnete effugere non poteſt, eius ſcolæ ſucceſsio in celeberrimis Palmæ, Pariſiorum, Barcinonæ Academiis conſtans perſeverat, ac præfecturas diſcipulorum ex ordine ſtatuit, & in plurimis aliis locis multi eam ſummopere colunt; & ſemper ſacra martyrii palma ſubſignata extat, Palmam patriam ſuam innumeris condecorãs Divinus Lullus, clariſsimis palmis, provt eleganter illud deſcripſit doctiſsimus P. Bonaventura Armengual in Archielogio vitæ Lulli, verbis his: *Beatam, & multis nominibus beatam noſtram hanc vrbem Palmam, fortunatiſsimam, & omnium Balearium montium fortunatiſſimum Randinum montem, fœlicem auream inſulã maiorem Balearem: ad feracitatem ſoli, ſalubritatem cæli, hoſpitalitatem ſali, ingeniorũ claritudinẽ,*

Lul. doctrina dulciter corda attahit

rerum omnium quæ deſiderari poſſunt, fœlicitatem novus quidē acceſsit cumulus Raymundus Lullus: hic Palmam fœlicitat, montem Randidum beat, Balearem inſulam ampliſsimis decorat ornamentis.

Saſsivam Plautus, Cartaginem Terentius, Mantuam Virgilius, Parmam Ovidius, Archinum Iuvenalis, Bilbylem Martialis fœlicitarunt: Siciliam Calphurnius, Alexandriam Claudianus, Cyrenen Ariſtippus, Aſtygiriam Ariſtoteles illuſtrarunt: Caligurium Quintilianus, Smyrnam Homerius, Diogenes Sinopen decorarunt. Sed totum hoc exiguum eſt, ſi cum gloria, fœlicitate, & honore comparetur, quæ ex Lulli vita, martyrio, & doctrina in Palmā patriam redundarunt: Lullum hinc ſincera virtus; illinc infuſa ſapientia coronavit.

Vidiſti piiſsime Lector claritatē huius doctrinæ cælitús infuſæ, quam ſervo ſuo Raymundo, Deus miſericorditer impertitus eſt; nihilominus tamen varias perpeſſa eſt calumnias, contra eam doloſé exortas, quarum originem, nunc brevitate poſsibili enucleabo.

Lul. doct. varias perpeſſa eſt calūnias.

§. II.

ORIGO CALVMNIARVM LVLLIanæ doctrinæ impoſitarum, & earum refutatio.

Lul. doct. ob defen. Con. B V. M. calūnias patitur.

NOn defuerunt aliqui, qui propter magnas contentiones cum Lulliſtis habitas de Concep-

Conceptione B. M. Virginis, quam ſemper immunem ab omni originali labe acerrimé defendit B. Lullus. doctrinam eius, potius Divinam, quam humanam fortiter calumniarint, non maculæ illius cauſa, ſed vt clarius eluceſceret; (in igne enim probatur aurum) quæ enim doctrina extat tam ſolida, ſicut illa Chriſti, quæ regula veritatis extat firmiſsima, illum nans omnem hominem venientem in hunc mundũ, quam niſi quiſque fideliter, firmiterq; crediderit, ſalvus eſſe non poterit? nulla certé; nihilominus tamen plurimas habuit, & habet perſequutiones á Iudæis, falcis Chriſtianis, Hæreticis, Mahometanis, &c. ſed conſtantiſsima perſeverat, & in ſæculum non delebitur nomẽ eius; igitur non mireris benevole Lector, ſi Lulliana doctrina, quamvis divinitus infuſa, admirabilis, & ſacro martyrio ſubſignita calũnias perpeſſa eſt, ſed firmiter perſeverat, & nullus eum conculcare poterit, vti veritate innixã, quam Deus Opt. Maximus veritatis auctor peculiariter defendit.

Doc Xpi. perſeq eſt á Iudæis, &c.

Nihil mirũ, ſi Lulli doc. vti á Deo infu. perſequ. patitur.

Quod B. Raymundus B. V. Mariã immunẽ ab omni originali labe propugnaverit, ipſemet (vt vidiſtis) illud aſſerit *in Apoſtrop. ad B. V. M. & in lib. de Concep.* noviter impreſſo Bruſſel. & alibi ſæpe; illudq; referunt *R. P. Buſquets, in ſuo memoriali pro Lullo*, qui in admonitione ad

L. acerrim' Con. B V. M. pro pugnator

Lectorem, verba hæc de B. Lullo loquitur, inter alia: *quia pius videlicet hic eremita in monte Peſulano, Pariſiisq; in extollenda, ac promovenda Theologorum ſententia, de Immaculata Conceptione Deiparæ Virg. egregio ſcripto opere, & eris facem præferre cœpit: idemq; Reges Catholicos ad ſanciendas hac de re pragmaticas excitans, ſubſequenti ſe Scoto, quaſi curſu lampada tradidit.* Referunt quoq; *R. P. Ioannes Riera, in ſuo memoriali pro Lullo, doctiſsimus Marçal in ſuo memoriali pro Lullo, & Pater Vernon in Apologia pro Lullo.*

Contẽtio Lulliſtar. cũ Nicol. Eyme. de Conc. B. V. M.

Veſtigia autem tanti Magiſtri imitantes eius doctrinæ profeſſores, ante annum 1400. magná habuerunt contentionem cum Nicolao Eymerico Aragoniæ inquiſitore: contendente Eymerico B. V. Mariam conceptam fuiſſe cum originali labe, Lulliſtis vero cum Lullo oppoſitũ defendentibus, quæ contẽtio, tãto pervenit, vt Eymericus á Raymundo de Certillis Canonico Elnenſi Lullianæ doctrinæ profeſſore, coram R. P. Anſurre Inquiſitore Generali Avinione, fuerit accuſatus de manifeſtis hæreticalibus propoſitionibus ab eodem Eymerico aſſertis, quæ omnes habentur in publico inſtrumento accuſationis auctentico. Dat. Avinione ann. Dñi. 1395. quæ quidem contentio fuit Seminarium eorum, quæ contra Lullianam doctrinam inciderunt, vt aſſerunt P. Ioannes Riera, in ſuo memo-

memoriali, ſect. 1. prælud. 13. & P. Vernon in Apologia pro Lullo fol 319.

Iratus autem Eymericus contra Lulliſtas, & magiſtrum eorum B. Lullum, falſé ſuppoſuit, Bullam quamdam obtinuiſſe á SS. Papa Greg. XI. in qua præcipiebatur, Lulli libros interdici, recipi, & ad Sedem Apoſtolicam deſtinari, vt examini ſubiicerentur, quæ ſic incipit: *Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei: venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Tarraconenſi, &c. Datum Avinione* 8. *Kal. Februarii Pont. noſtri ann. ſexto.* Quæ quidē Bulla videtur impræſſa in directorio Inquiſitorum, directione Fr. Andreæ Caſellas Regni Balearis Inquiſitoris, qui propter cōtentionem alteram de Conceptione B. Mariæ Virginis exortam Maioricis circa annum 1503. inter eumdem, & Lulliſtas, Fratre Andrea contendente conceptam fuiſſe cum originali peccato; Lulliſtis vero oppoſitum defendentibus, tantoq; exarſit dolore contentio, vt Romam perrexerit Inquiſitor, & egerit coram SS. cōtra Lullianos; ſed tanto ſuſcepto labore, nec ipſis, nec Lullianæ doctrinæ in aliquo nocere potuit; reverſus tandem ad Regnum Baleare; & in eadē contentione perſeverans, dicitur fuiſſe pulſum á Regno; quapropter Fr. Andreas præfatus, iratus contra Lulliſtas, & eorum Magiſtrum B. Lullum directorium Eymerici, Typis dedit

Eym. falſé ſuppoſuit Bullā quamdā.

Contēſio Lulliſtar. cūF. And. Caſelles, de Con. B. M. V.

Fr. And. Caſell. in directori. Bul. Eym. iādiu cō-victā, & damnatā impreſsit

Barcinonæ ann. 1503. & Bullam fictitiam, falſé abEymer. præſupoſitā, iamdiu convictā, dānatā atq; ſepultam in præfato directorio repoſuit, vti ſic referunt P. Riera ſect. 1. prælud. 13. & P. Vernon in Apologia fol. 319.

Igitur B. Raymundus Lullus Martyr glorioſiſsimus propter acerrimam defenſionem Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ calumnias patitur; ſed nullatenus timeas: O Piiſsime Lulle. Immaculatam V. M. Conceptionem, ab omni labe præſervatam defendis, calumniæ non nocebunt tibi: pulchram Lunam ſine ecclypſi demōſtras, ecclypſim nō patietur doctrina tua. Vos autē miſeri fratres, quid tenptatis contra Illuminatum Lullum, præſervationem B. V. M. propugnantem! in vanū laboratis: ſciatis enim B. Lullum deſcripſiſſe, & enuntiaſſe laudes B. V. Mariæ, provt ſic eidem præceperat illud Puerulus Ieſus, quando oblatus á Matre, pedem eius oſculatus eſt, & in Hiſpania, Gallia, & mōte Peſulano, Reges, ac Theologos, ad hanc ſententiam, vti piam acerrimé promoviſſe, vt iam dixi, quam poſtea pluries approbavit Sancta Sedes Apoſtolica, præſertim anno 1661. inſtāte Hiſpaniæ Catholico Monarcha Philippo IV. & vivente SS. Papa Alexandro VII. qui quidē mediante Bulla, quæ incipit: *Solicitudo omnium Ecclesiarum &c.* ſub dat. 11. Decembris 1661.

Lullᵘˢ nihil timere debet calumni.

præfa-

præfatam piam ſententiam confirmavit, & cō-
trariam inhibuit.

Advenit poſtea P. Abraham Bzovius, qui falſo Eymerici fundamento innixus, plurimas contra B. Lullum doloſas calumnias ſcripſit in ſuis annalibus(ſed nō miror,quia iſtemet Bzovius, Subtilem Drem. Ioannem Dums-Scotū, ſcientia, virtute, & religione plenum, fortiter calumniavit, quia Conceptionem B. Mariæ V. acerrimé propugnavit, & de plurimis falſitatib' convincitur ab Illmo. ac Rmo. D. D. Fr. Ioſepho Ximenes Samaniego, olim Ord. Minorum digniſsimo Generali, nunc autē Epiſcopo Placentino, in vita Subtilis Dris. Ioannis Dums-Scoti lib. 4. cap. 7. num. 8.) diſplicebat enim huic Bzovio doctrina eorum, qui Conceptionem B. V. Mariæ propugnaverant; ideoq; nihil mirum, ſi Lullum perſequi conatus eſt, vti primum huius ſententiæ promotorem, & eiuſdem acerrimum propugnatorem. P. Abra. Bzo. perſ. eorū, qui Conc. B. V. M. abſq; macula defenderunt.

Bzovium imitatus eſt P. Nicolaus Ianſenius, in quibuſdam ſcholiis pro Bzovio cap. 12. vbi plurimas contra Beatum Lullum protulit falſas calumnias. P. Nicol. Ianſ. imitatus eſt Bzovium

Aliqui alii, Lullum calumniarunt, falſa Eymerici ſuppoſitione innixi, vti Luzemburgus, Prateolus, &c. ſed non mireris piiſsime Lector, quia mendacium eſt, ſicut catena qua multi P. Luzēburg. & c. Mēdaciū,

alligantur, & hoc ſignificavit *Lullus in lib. proverbiorum, cap. 97. de mendacio,* vbi dixit: *Vnus homo mendax, plures homines dicere falſa verba facit.* Sed indiſcretè operatur, qui ea, quæ iudicare debet, aut ſcribere in præiudicium tertii, diligenter non inquirit, vtriusq; partis allegata, & ſcripta comprobans, & meritò mendax appellandus eſt, quia diſcretus homo, & rectus regitur per intellectum, & non per voluntatē, vt illud inſinuavit B. Lullus in proverbiis cap. 42. de diſcretione, vbi ſic dicit: *Diſcretio magis ſtat per intellectum, quam per voluntatem.* Valde enim verecundum eſt, viros doctos, qui exemplum tenentur eſſe veritatis, tā faciliter propria voluntate moti, graviter iniuriare in ſuis ſcriptis proximum ſuum, quem iuxta Dei præceptum, vt ſemetipſos diligere debent; quia ratio homines, qui ſe profitentur ſapientes regere debet, non autem proprium velle; & in hoc, nō offendo, ſed defendo; omnes enim præfati auctores, falſo Eymerici fundamento, ac inordinata eorum voluntate innixi, B. Lullū de hæreſeos crimine notarunt, quæ quidem calumnia intollerabilis eſt, vt pulchrè dixit Ill. Albertinus, in comment. Rub. cap. 1. de hæret. lib. 6. queſt. 13. *Eſt quidem glorioſum, Chriſti exemplo patienter iniurias tollerare, vnam tamen notam hæreſeos, qui ferat, vel diſsimulet, non eſſe Chriſtianum.* igitur

eſt ſicut catena, multos alligans.

Qui ſcrib. contra jū diligēter verit. inquirere debet.

verecūdū eſt, viros graves, mēdacia ſcribere, propria volūtate moti.

Hæreſis nota intollerabilis eſt.

rationabiliter procedo, Lullum á falſis, ac mendacibus impoſtoribus defendens.

Acutiſsimé reſpondet Nicolao Eymerico Ill. Dr. Antonius Belverius Almæ Sedis Mai. Canonicus Pœnitentiarius, in Apologia pro Lullo contra Eymericum, SS. Papæ Sixto V. & Philippo II. Hiſpaniarum Monarchæ dicata, quæ approbata ab Ordinario Maioricenſi, in Bibliotecha Regii Conventus Sancti Franciſci extat. Belveri.

Doctiſsimé reſpondet Eymetico R. P. Fr. Antonius Buſquets, Theologus Franciſcanus, S. Officii Qualificator, in memoriali oblato Sacræ Congregationi Romanæ Inquiſitionis. anno 1614. qui impreſſus percurrit per vniverſum orbem. P. Buſq.

Eruditiſsimé refutat Eymericum, Bzoviũ, Ianſenium, & alios, R. P. Fr. Ioannes Riera, Theologus Franciſc. in memoriali pro Lullo oblato Sacræ Congregationi indicis, in quo falſas eorum calumnias rectiſsimé, & evidenter convincit. P. Riera.

Recté reſpondent iſtis impoſtoribus, Dermicius, Thadeus, & P. Vernon, in eorum Apologiis pro Lullo, ad quorum omnium lecturã, benevolum lectorem remitto. Dermici. Thade & P. Vernó.

Verumtamen, quia dixi in principio mei reſcripti, omnia ad Lullum ſpectantia, breviter

enucleaturum; idcirco, ad demonſtrandũ vniverſis, & ſingulis huius theatri mundani incolis, falſas Eymerici contra B. Lullum, eiusq; cælitus infuſam doctrinam, calumnias, & impoſturas, & eius ſequacium mendacia contra eumdemmet Lullum, & eius doctrinam Sacro martyrio ſubſignitam ſcripta; iuridicas vindicationes, á calumniis quibuſlibet, tam contra Lullũ, quam adverſus eius doctrinam ſanam, & catholicam exortis, claré, & breviter exprimam.

O miſeri ſcriptores: nonne fundatis calumnias, & impoſturas veſtras contra B. Lullum, in ſuppoſitione Bullæ ab Eymerico præaſertæ, ſic illud legi in veſtris ſcriptis; igitur audite me, & iterum dico audite, vt falſitaté ſuppoſitionũ veſtrarum expreſſé comprobare videamini.

Verum enim eſt, Nicolaum Eymericũ ſuppoſuiſſe emanationem præaſſertæ Bullæ contra libros Raymundi Lulli á SS. Papa Gregor. XI. Et verum etiam eſt, quod talis ſuppoſitio eſt falſa. Ratio eſt, quia præfata Bulla, iuſſu Emi. ac Rmi. D. D. Leonardi S. R.C. Card. Iudicis, ac Commiſſarii; in hac cauſa deputati á SS. Papa Avinione 1395. diligenter perquiſita eſt in regiſtris Gregorii XI. Eymerico præſente, & vidente, nec fuit inventa, quamvis diligenter perquiſita; Eymericus erat præſens, ſi auctéticũ habebat inſtrumentũ, cur iudici nõ oſtẽdebat?

Eymerici ſuppoſit. falſiſsima

Eymerici fictitia Bulla nõ invenit.

De hac perquiſitione confectum eſt actum publicum, quod in Archivis Barchinonæ, & Palmæ cuſtoditur, & eſt tenoris ſequentis.

In nomine Domini. Amen.

NOVERINT vniverſi, præſens publicum inſtrumentum inſpecturi: quod coram Rmo. in Chiſto Patre, & D. D. Leonardo miſeratione Divina tituli ſancti Sixti Presbytero Cardinali Iudice, & Commiſſario per Sanctam Sedem Apoſtolicam ſpecialiter deputato perſonaliter conſtitutus, diſcretus vir Antonius Riera Clericus, Valentinēſis diœceſis Bachalaureus in legibus principalis citra tamen procuratoris ſui revocationem in quadam cauſa, ſeu cauſis, quæ vertitur, vertuntur, ſeu verti, & eſſe ſperantur, inter dictum Antoniū principalē ex vna parte, & religioſum virum fratrem Nicolaū Eymerici, hæreticæ pravitatis in regno Aragoniæ Inquiſitorem, de & ſuper nonnullis articulis Fidem tangentibus; & ipſorum occaſione parte ex altera, In qua ad nonnullos actus etiam coram eodem Domino Cardinali Iudice, & Commiſſario citra tamen concluſionē inter dictas partes extitit proceſſum, & tandem copiam, ſive ſcedulam cuiuſdam litteræ Apoſtolicæ per fælicis recordationis Dn̄m. Gregoriū Papā XI. vt idem Antonius aſſeruit, factæ eidē Dn̄o. Card. tradidit, atq; dedit, cui⁹ tenor ſequitur, & eſt talis

Act. pub. falſitatē Eymerici demonſt.

Religioſorum quorumcumq; ordinum exemptorum, & non exemptorum, etiam Ciſtercien. Cartuſien. & Cluniaſten. Premoſtracen. Grandinocen. Sanctorum Benedicti, & Auguſtini, ac fratrum Prædicatorũ, Minorum, & Eremitarum eiuſdem S. Auguſtini, & Carmelitarum, & aliorum ordinum veſtrarum ciuitatum, & diœceſum, intra miſſarum ſolemnia exiſtentibus populis ad diuina, & in prædicationibus, per vos, & alios quam cito commodé poteritis faciatis proponi, & ſingulæ perſonæ vtriuſq; ſexus cuiuſcumq; ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, earumdem veſtrarum ciuitatum, & diœceſum, ſeu commorantes in eis, habentes libros quoſcumq; á præfato Raymundo editos, vt præfertur, ipſos infra vnius menſis ſpatium vobis aſsignare, & illi qui ſciunt alias perſonas, libros eoſdem habentes, eas vobis reuelare, & nominare procurent. Voſq; libros, recipi faciatis eoſdem, quos cum habueritis, quam cito poteritis, curetis nobis fideliter deſtinare: vt ipſos ſimili examini ſubiicere valeamus. Cæterũ quia doctrina, ſeu potius dogmatizatio prædictorum librorum examinatorum reperitur erronea, hæreticalis, & periculoſa nimium animabus, & vehemens ſuſpitio eſt habenda, quod in aliis libris editis á dicto Raymundo ſimiles, vel alii vt præfertur continentes errores. Mandamus quod omnibus, & ſingulis eiſdẽ perſonis veſtrarũ ciuitatũ, & diœceſum doctrinam, ſeu potius dogmatizationem, & vſum

huiuſmodi librorum interdicere ſtudeatis. Donec ſuper his, per Sedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticã, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus ſi aliquibus communiter, vel diviſim, à Sede Apoſtolicã ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra loca certa ad iudicium vocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſlibet exemptionibus, ac aliis privilegiis, & litteris Apoſtolicis quibuſcumq; locis, perſonis, vel ordinibus, ſub quacumque forma, vel expreſſione verborum ab eadem Sede conceſſis. De quibus quorumq; totis tenoribus etiam de verbo ad verbum in noſtris litteris mentio ſit habenda, & per quæ præſentis mandati noſtri effectus valeat quomodolibet impediri. Inſuper volumus quod per te frater Archiepiſcope, tenor præſentis, ſub tuo, vel officialis tui ſigillo, vobis, fratres ſuffraganei tranſmittatur; cui per vos adhiberi volumus, velut ipſis originalibus, plenam fidem. Datum Avinioni viij. Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Qua ſiquidẽ copia, ſive ſchedula, per dictũ Antonium Domino Cardinali memorato, tradita; idem Antonius ipſum Dominum Cardinalem inſtanter requiſivit, quatenus venerabilibus viris litterarũ Apoſtolicarũ regiſtratoribꝰ,

per ſuas litteras ſcriberet, eiſque nihilominus, auctoritate Apoſtolica, ſibi in hac parte commiſſa, præciperet, & mandaret: vt litteras in dicta ſchedula contentas, in regiſtris eis commiſsis, diligenter perquirerent, & ſi eas reperẽrint, ſumtum, ſive tranſumtum earumdẽ clauſum, & ſigillatum, provt moris eſt in talibus fieri, ac ita, & taliter, quòd eis fides adhiberi valeret, præfato Domino Cardinali tranſmitteretur, expenſis moderatis dicti Antonij, vt ipſo mediante poſſet, & valeret, partibus ſupradictis, debitum iuſtitiæ adminiſtrare, quoniam præfatus Antonius pro ſui iuris fundamento ſumtũ prædictarum litterarum, coram dicto Domino Cardinali, vt aſſeruit, producere intendebat. Qui quidem Dominus Cardinalis Iudex, & Commiſſarius attendens, quod iuſta petentib' non eſſet denegandus aſſenſus, ſupradictarum litterarum Apoſtolicarum regiſtratoribus, modo, & forma per dictum Antonium ſuperius petitis, per ſuas litteras auctoritate Apoſtolica ſcripſit, & mandavit, ipſaſq; per Porterium, & Nuntium ſuum iuratum eiſdem regiſtratoribus præſentari fecit. Qui Porterius poſtmodũ Domino Cardinali Iudici, & Commiſſario memorato, ac mihi Nottario infraſcripto retulit, qualiter dicti Domini litterarum Apoſtolicarum regiſtratores in regiſtris eis commiſsis ann. ſexti

præfa-

præfatæ fœlicis recordationis Dñi, Gregorii Papæ XI. diligenter perquiſiverunt, & facta diligenti perquiſitione eidem Porterio, vt aſſeruit, dixerunt, quod in eiſdem regiſtris litteras inſupra ſcripta papiri ſchedula contentas non reperierunt regiſtratas. Subſequenter autem venerabilis vir Dominus Ioannes á Bonis vnus de litterarum Apoſtolicarum regiſtratoribus, in mei nottarii prædicti, & teſtium fide dignorũ præſentia, Domino Cardinali Iudici, & Commiſſario præfato retulit, & dixit, quod dictã ſchedulã in regiſtro ſibi commiſſo anni ſexti dicti Domini Gregorii, per ſuos clericos, non ſolũ ſemel, ſed pluries diligenter perquiri fecit, & quod litteræ inſæpé dicta ſchedula contentæ, in ſuo regiſtro non fuerunt, neq; erant regiſtratæ. Deinde præfatus Porterius, & Nuntius iuratus litteras dicti Domini Cardinalis, vnácum ſchedula, ſive copia præinſerta prædicto Domino Cardinali reportavit, & mihi Nottario infraſcripto in præſentia teſtium infraſcriptorum retulit, & dixit, quod venerabiles viri Domini Bernardus Fortis, alter de litterarum Apoſtolicarum regiſtratoribus, & Ioannes Ludovici, Cameræ Apoſtolicæ Nottarius, in dorſo dictæ ſchedulæ ſive copiæ per ipſum, vt præmittitur, reportatæ, & vt præfertur, præinſertæ, ſcripſerũt in hunc modum, qui ſequitur.

Notum ſit omnibus, quód ego Bernardus Fortis litterarum Apoſtolicarum regiſtrator, perquiſivi diligenter regiſtrum mihi commiſſum anni ſexti Sanctæ memoriæ Domini Gregorii Papæ XI. & quód in eodem regiſtro, litteras in præſenti ſchedula papiri annotatas, non reperio regiſtratas. In cuius rei teſtimonium, hic manu propria ſubſcripſi, & ſignavi die IX. Iulii anno á Nativitate Dñi. Milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto. Bernardus Fortis regiſtrator.

Notum ſit omnibus, quód ego Ioannes Ludovici Camaræ Apoſtolicæ Nottarius, perquiſivi diligenter regiſtrum litterarum Apoſtolicarũ, eamdem Cameram tangentibus anni ſexti Pótificatus Sanctæ memoriæ Domini Gregorii Papæ XI. & quód in eodem regiſtro litteras in præſenti ſchedula papiri annotatas, non reperio regiſtratas. In cuius rei teſtimonium, hic manu propria me ſubſcripſi, & ſignavi. Die nona Iulii, Anno á Nati. Dñi. Milleſi. trecentes. nonageſimo quinto. Iho. [illegible] Tandem die, & hora inſraſcriptis coram Domino Cardinali Iudice, & Commiſſario præfato, in meique Notarii publici, & teſtium inſraſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum, rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus prædictus Antonius Riera, citra tamen procuratoris ſui revocationem, & de præmiſsis omnibus, & ſingulis mandato

rela-

relationibus, & aliis ſupraſcriptis, & deſignatis á tempore traditionis dictæ præinſertæ ſchedulæ, & citra factis, petiit ſibi fieri vnũ, vel plura, publicum, ſeu publica inſtrumentum, ſeu inſtrumenta per me Nottarium publicũ infraſcriptũ. Acta fuerunt hæc Avinioni in domo habitationis dicti Domini Cardinalis, hora nona, vel quaſi, ſub anno á Nativit, Dñi. Milleſimo treceteſimo nonageſimo quinto indictione tertia die Sabbati X. menſis Iulii Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & Dñi. noſtri D. Benedicti Divina providentia Papæ XIII. Anno primo, præſentibus ibidem venerabilibus viris Dominis Durando Tonduci in decretis licentiato, dicti Dñi Cardinalis Camerario, ac Magiſtro Dominico Pavardi, in vtroq; iure Baccalaureo, hac in Romana Curia procuratore teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Et ego Thoyc? Rodulphus de Comicavilla Clericus Tarraconenſis Diœceſis, publicus Imperiali auctoritate Not. ac præfati Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Cardinalis Iudicis, & Comiſſarii, & cauſæ huiuſmodi, coram eo Scriba, præmiſsis omnibus, & ſingulis, dum ſic vt præmittitur, agerentur, & fierent vná cũ prænominatis teſtibus præſens interfui; eaq; ſic fieri vidi, & audivi; ideoque hoc præſens publicum inſtrumentum, per alium me aliis

occupato negotiis, ſcriptum, in hanc publicã formam redegi; hicq; manu propria ſcripſi, & ſigno meo ſolito, & conſueto, ſignavi rogatus, & requiſitus: in fidem, & teſtimonium omniũ, & ſingulorum præmiſſorum.

Dr. Peña Bullã ab Eymeric. fictã, invenire non valet.

Et verum etiam eſt, quod Dr. Franciſcus Peña S. Romanæ Rotæ Auditor, iuſſu SS. Papæ Gregorii XIII. volumina prædicti anni ſexti Pontificatus Gregorii XI. Romæ deportata, diligenter recognovit, & præfatam Bullam ab Eymerico præaſſertam numquam potuit invenire, & licet aſſerat idem Peña in relatione, quã produxit manuſcriptam, poſtquam volumina recognovit, manca foliis eſſe é vetuſtate in quibus poteſt dicta Bulla extitiſſe, non eſt credibile, quia regiſttatores, & perquiſitores, qui vivẽte Eymerico illa volumina recentia recognoverunt, auctoritate Apoſtolica, teſtantur nũquam in ipſis voluminibus extitiſſe præfatam Bullam, vt referunt: *P. Riera, in ſuo memoriali, fol.* 135. *&* *P. Buſquets, in ſuo memoriali, pag.* 1. Dictus enim Peña Bullam Gregorii XI. contra Raymundum de Tarraga Dominicanũ expreſſit in commentario ſuper queſt. 27. pag. 315. nõ autem contra Beatum Martyrem Lullum, vt legitur in præcitato loco, & illud aſſerit *R. P. Marçal in ſuo memoriali fol.* 28.

P. Vaſq.

Et verum etiam eſt, quod doctiſsimus Pater

Vaſques

Vaſques in. 1. diſp. 133. cap. 4 dicit Bullam ab Eymerico præſuppoſitam contra B. Lullum, ſub Pontifice Gregorio XIII. queſitã eſſe diligenter, & numquam inveniri potuiſſe.

Et verum etiam eſt, quod falſitates ab Eymerico, contra B. Lullũ ſuppoſitas deſcribunt in favorem Lulli infraſcripti.

Illmus. ac Rmus. D. D. Hugo Cavellus Archiepiſcopus de Aymar. Primas Hiberniæ, quẽ citat P. Vernon in Apologia pro Lullo contra Eymericum, & ſequentes, vt infra. Hugo Cavell.

Perilluſt. Dr. D. Ludovicus de Paramo Inquiſitor Apoſtolicus in 2. tom. eius operum, queſt. de combuſtione librorum. Lud. de Paramo.

Perilluſtris D. Petrus Hioronymus Sanchez de Lizarazo Almæ Sedis Tiraſonenſis Decanus in expoſitione Artis Lullianæ Tiraſ. impreſſo, ann. 1613. vbi ſic dicit: *Niſcitur quo ſpiritu, & auſu temerario, quidam Eymericus quamdam ſibi Bullam á Gregorio XI. Papa Avinione commorante octavo Kal. Februarii eiuſdẽ Pont. anno ſexto conceſſam ſibi confixit.* Et pauló infra dicit: *Decreviſſe Sacrum Concilium Tridentinum 1. die Septembris, anno D. 1593. expungendã fore eximii Dris. Lulli quamcumq; operum improbationem, ab indicibus, præſertim Pauli IV. librorum prohibitorum, vbi allegatur prædicta Bulla fictitia, quam Eymericus Gregorii XIII. eſſe affirmaverat, quod decretum,* Sanchez.

GREGORIVS Epiſcopus ſervus ſervorũ Dei, Venerabilibus Fratribus Arciepiſcopo Tarraconenſi, eiuſq; ſuffraganeis, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Conſervationem puritatis Catholicæ Fidei, quam multi nequam, & ſcelerati, ſuis falſis aſſertionibus maculare nitentes, inter triticũ purũ agri Dominici peſtiferum ſemen zizaniæ ſeminant: Cum ad noſtrum præcipue ſpectet officium, vt evellamus prava, & deſtruamus perverſa, providere ſalubriter, & animarũ illaqueationibus obviare, confeſtim plenis deſideriis affectantes, opportuna in his, quæ poſſumus remedia ſtudio Paſtoralis ſolicitudinis adhibemus. Dudum ſiquidem dilectus filius Nicolaus Eymerici, ordinis fratrũ Prædicatorum, profeſſor in ſacra Theologia Magiſter in regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Maioricarũ Inquiſitor hæreticæ pravitatis, nobis expoſuit, ſe in regnis eiſdẽ, inveniſſe viginti volumina diverſorũ librorũ in vulgari ſcriptorũ, à quodam Raymundo Lull Cive Maioric: editorum (vt ipſi Inquiſitori videbatur) multi continebantur errores, & hæreſes manifeſtæ, & quod nonnulli de prædictis, & aliis regnis libris vtebantur eiſdem, & eorum doctrinæ dabant fidem nõ modicam, in grande ſuarum periculum animarum. Supplicavitq; nobis, Inquiſitor ipſe: vt ne ſimplices deciperentur ex libris ipſis, dignaremur in hac parte de opportuno remedio providere. Nos autem cupientes animarum iam forſan imbutarum, & quæ

imbui poſſent ex perverſo dogmate dictorum librorũ periculis celeriter obviare, dictos libros per Venerabilem Fr. noſtrum Petrum Epiſcopũ Hoſtienſem, & per quamplures etiam vltra vigeneum numerũ, in eadem Theologia Magiſtros, examinari fecimus diligenter, per quorum relationem tandẽ habuimus, quod ipſi, dictos libros omnes cum multa diligentia legerant, & examinaverant, & quod vltra ducẽtos articulos erroneos, & hæreticales invenerant in eiſdem. Super quibus inter eoſdem Epiſcopum, & Magiſtros ſæpius, & demum coram nobis habita diſputatione ſolemni, ipſos articulos quos ad vitãdum prolixitatis tædium, & horribilitatem eorum haberi volumus præſentibus pro expreſsis erroneos, & manifeſtè hæreticales, de dictorum Epiſcopi, & Magiſtrorum concordi conſilio, ſenſimus reputãdos. Cũ autẽ ſicut Inquiſitoris præfati cõtinebat aſſertio, in prædictis regnis alii libri qui aſſeruntur editi à iam dicto Raymundo reperiri dicantur, quibus huiuſmodi iam reperti, & alii errores, & hæreſes creduntur probabiliter contineri. Nos volentes de huiuſmodi aliis libris, & eorum doctrina, informari plenariè, & ſuper eis providere ſalubriter, ne fideles in errores huiuſmodi damnabiliter prolabãtur: fraternitati veſtræ, de fratrum noſtrorum conſilio, per Apoſtolica ſcripta, committimus, & mandamus, quatenus diebus Dominicis, & feſtivis in ſingulis veſtris Eccleſiis Cathedralibus, ac Curatis, necnon

Religioſorum quorumcumq; ordinum exemptorum, & non exemptorum, etiam Ciſtercien. Cartuſien. & Cluniaſten. Premoſtracen. Grandinocen. Sanctorum Benedicti, & Auguſtini, ac fratrum Prædicatorũ, Minorum, & Eremitarum eiuſdem S. Auguſtini, & Carmelitarum, & aliorum ordinum veſtrarum civitatum, & diœceſum, intra miſſarum ſolemnia exiſtentibus populis ad divina, & in prædicationibus, per vos, & alios quam cito commodé poteritis faciatis proponi, & ſingulæ perſonæ vtriuſq; ſexus cuiuſcumq; ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, earumdem veſtrarum civitatum, & diœceſum, ſeu commorantes in eis, habentes libros quoſcumq; á præfato Raymundo editos, vt prafertur, ipſos infra vnius menſis ſpatium vobis aſsignare, & illi qui ſciunt alias perſonas, libros eoſdem habentes, eas vobis revelare, & nominare procurent. Voſq; libros, recipi faciatis eoſdem, quos cum habueritis, quam cito poteritis, curetis nobis fideliter deſtinare: vt ipſos ſimili examini ſubiicere valeamus. Ceterũ quia doctrina, ſeu potius dogmatizatio prædictorum librorum examinatorum reperitur erronea, hæreticalis, & periculoſa nimium animabus, & vehemens ſuſpitio eſt habenda, quod in aliis libris editis á dicto Raymundo ſimiles, vel alii vt prafertur continentes errores. Mandamus quod omnibus, & ſingulis eiſdẽ perſonis veſtrarũ civitatũ, & diœceſum doctrinam, ſeu potius dogmatizationem, & vſum

huiuſmodi librorum interdicere ſtudeatis. Donec ſuper his, per Sedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticā, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus ſi aliquibus communiter, vel diviſim, á Sede Apoſtolicā ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra loca certa ad iudicium vocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem; & quibuſlibet exemptionibus, ac aliis privilegiis, & litteris Apoſtolicis quibuſcunq; locis, perſonis, vel ordinibus; ſub quacumque forma, vel expreſſione verborum ab eadem Sede conceſſis. De quibus quorumq; totis tenoribus etiam de verbo ad verbum in noſtris litteris mentio ſit habenda, & per quæ præſentis mandati noſtri effectus valeat quomodolibet impediri. Inſuper volumus quod per te frater Archiepiſcope, tenor præſentis, ſub tuo, vel officialis tui ſigillo, vobis, fratres ſuffraganei tranſmittatur; cui per vos adhiberi volumus, velut ipſis originalibus, plenam fidem. Datum Avinioni viij. Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri Anni ſexto.

Qua ſiquidē copia, ſive ſchedula, per dictū Antonium Domino Cardinali memorato, tradita; idem Antonius ipſum Dominum Cardinalem inſtanter requiſivit, quatenus venerabilibus viris litterarū Apoſtolicarū regiſtratorib⁹,

per ſuas litteras ſcriberet; eiſque nihilominus, auctoritate Apoſtolica, ſibi in hac parte commiſſa, præciperet, & mandaret: vt litteras in dicta ſchedula contentas, in regiſtris eis commiſsis, diligenter perquirerent, & ſi eas repererint, ſumtum, ſive tranſumtum earumdē clauſum, & ſigillatum, provt moris eſt in talibus fieri, ac ita, & taliter, quód eis fides adhiberi valeret, præfato Domino Cardinali tranſmitteretur, expenſis moderatis dicti Antonii, vt ipſo mediante poſſet, & valeret, partibus ſupradictis, debitum iuſtitiæ adminiſtrare, quoniam præfatus Antonius pro ſui iuris fundamento ſumtū prædictarum litterarum, coram dicto Domino Cardinali, vt aſſeruit, producere intendebat. Qui quidem Dominus Cardinalis Iudex, & Commiſſarius attendens, quod iuſta petentib⁹ non eſſet denegandus aſſenſus, ſupradictarum litterarum Apoſtolicarum regiſtratoribus, modo, & forma per dictum Antonium ſuperius petitis, per ſuas litteras auctoritate Apoſtolica ſcripſit, & mandavit, ipſaſq; per Porterium, & Nuntium ſuum iuratum eiſdem regiſtratoribus præſentari fecit. Qui Porterius poſtmodū Domino Cardinali Iudici, & Commiſſario memorato, ac mihi Nottario infraſcripto retulit, qualiter dicti Domini litterarum Apoſtolicarum regiſtratores in regiſtris eis commiſsis ann. ſexti

præfa-

præfatæ fœlicis recordationis Dñi, Gregorii Papæ XI. diligenter perquiſiverunt, & facta diligenti perquiſitione eidem Porterio, vt aſſeruit, dixerunt, quod in eiſdem regiſtris litteras inſupra ſcripta papiri ſchedula contentas non reperuerunt regiſtratas. Subſequenter autem venerabilis vir Dominus Ioannes á Bonis vnus de litterarum Apoſtolicarum regiſtratoribus, in mei nottarii prædicti, & teſtium fide dignorũ præſentia, Domino Cardinali Iudici, & Commiſſario præfato retulit, & dixit, quod dictã ſchedulã in regiſtro ſibi commiſſo anni ſexti dicti Domini Gregorii, per ſuos clericos, non ſolũ ſemel, ſed pluries diligenter perquiri fecit, & quod litteræ in ſæpé dicta ſchedula contentæ, in ſuo regiſtro non fuerunt, neq; erant regiſtratæ. Deinde præfatus Porterius, & Nuntius iuratus litteras dicti Domini Cardinalis, vnácum ſchedula, ſive copia præinſerta prædicto Domino Cardinali reportavit, & mihi Nottario infraſcripto in præſentia teſtium infraſcriptorum retulit, & dixit, quod venerabiles viri Domini Bernardus Fortis, alter de litterarum Apoſtolicarum regiſtratoribus, & Ioannes Ludovici, Cameræ Apoſtolicæ Nottarius, in dorſo dictæ ſchedulæ ſive copiæ per ipſum, vt præmittitur, reportatæ, & vt præfertur, præinſertæ, ſcripſerũt in hunc modum, qui ſequitur.

Notum ſit omnibus, quod ego Bernardus Fortis litterarum Apoſtolicarum regiſtrator, perquiſivi diligenter regiſtrum mihi commiſſum anni ſexti Sanctæ memoriæ Domini Gregorii Papæ XI. & quod in eodem regiſtro, litteras in præſenti ſchedula papiri annotatas, non reperio regiſtratas. In cuius rei teſtimonium, hic manu propria ſubſcripſi, & ſignavi die IX. Iulii anno á Nativitate Dñi. Milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto. Bernardus Fortis regiſtrator. Notum ſit omnibus, quod ego Ioannes Ludovici Camaræ Apoſtolicæ Nottarius, perquiſivi diligenter regiſtrum litterarum Apoſtolicarũ, eamdem Cameram tangentibus anni ſexti Pōtificatus Sanctæ memoriæ Domini Gregorii Papæ XI. & quod in eodem regiſtro litteras in præſenti ſchedula papiri annotatas, non reperio regiſtratas. In cuius rei teſtimonium, hic manu propria me ſubſcripſi, & ſignavi. Die nona Iulii, Anno á Nati. Dñi Milleſi. trecenteſ. nonageſimo quinto. Iho. vti. Tandem die, & hora infraſcriptis coram Domino Cardinali Iudice, & Commiſſario præfato, mei que Notarii publici, & teſtium infraſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum, rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus prædictus Antonius Riera, citra tamen procuratoris ſui revocationem, & de præmiſsis omnibus, & ſingulis mandato

rela-

relationibus, & aliis ſupraſcriptis, & deſignatis á tempore traditionis dictæ præinſertæ ſchedulæ, & citra factis, petiit ſibi fieri vnũ, vel plura, publicum,ſeu publica inſtrumentum,ſeu inſtrumenta per me Nottarium publicũ infraſcriptũ. Acta fuerũt hæc Avinioni in domo habitationis dicti Domini Cardinalis, hora nona, vel quaſi, ſub anno á Nativit, Dñi. Milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto indictione tertia die Sabbati X. menſis Iulii Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & Dñi. noſtri D. Benedicti Divina providentia Papæ XIII. Anno primo, præſentibus ibidem venerabilibus viris Dominis Durando Tonduci in decretis licentiato, dicti Dñi Cardinalis Camerario, ac Magiſtro Dominico Pavardi, in vtroq; iure Baccalaureo, hac in Romana Curia procuratore teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Et ego Thoyc⁹ Rodulphus de Comicavilla Clericus Tarraconenſis Diœceſis,publicus Imperiali auctoritate Not. ac præfati Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Cardinalis Iudicis, & Comiſſarii, & cauſæ huiuſmodi, coram eo Scriba, præmiſsis omnibus, & ſingulis, dum ſic vt præmittitur,agerentur,& fierent vná cũ prænominatis teſtibus præſens interfui;eaq; ſic fieri vidi, & audivi; ideoque hoc præſens publicum inſtrumentum, per alium me aliis

occupato negotiis, ſcriptum, in hanc publicã formam redegi; hicq; manu propria ſcripſi, & ſigno meo ſolito, & conſueto, ſignavi rogatus, & requiſitus: in fidem, & teſtimonium omniũ, & ſingulorum præmiſſorum.

Dr. Peña Bullã ab Eymeric. fictã, invenire non valet.

Et verum etiam eſt, quod Dr. Franciſcus Peña S. Romanæ Rotæ Auditor, iuſſu SS. Papæ Gregorii XIII. volumina prædicti anni ſexti Pontificatus Gregorii XI. Romæ deportata, diligenter recognovit, & præfatam Bullam ab Eymerico præaſſertam numquam potuit invenire, & licet aſſerat idem Peña in relatione, quã produxit manuſcriptam, poſtquam volumina recognovit, manca foliis eſſe é vetuſtate in quibus poteſt dicta Bulla extitiſſe, non eſt credibile, quia regiſtratores, & perquiſitores, qui vivẽte Eymerico illa volumina recentia recognoverunt, auctoritate Apoſtolica, teſtantur nũquam in ipſis voluminibus extitiſſe præfatam Bullam, vt refetunt: *P. Riera, in ſuo memoriali, fol.* 135. *& P. Buſquets, in ſuo memoriali, pag.* 1. Dictus enim Peña Bullam Gregorii XI. contra Raymundum de Tarraga Dominicanũ expreſſit in commentario ſuper queſt. 27. pag. 315. nõ autem contra Beatum Martyrem Lullum, vt legitur in præcitato loco, & illud aſſerit *R. P. Marçal in ſuo memoriali fol.* 28.

P. Vaſq.

Et verum etiam eſt, quod doctiſsimus Pater

Vaſques

Vaſques in. 1. diſp. 133. cap. 4 dicit Bullam ab Eymerico præſuppoſitam contra B. Lullum, ſub Pontifice Gregorio XIII. queſitã eſſe diligenter, & numquam inveniri potuiſſe.

Et verum etiam eſt, quod falſitates ab Eymerico, contra B. Lullũ ſuppoſitas deſcribunt in favorem Lulli infraſcripti.

Illmus. ac Rmus. D. D. Hugo Cavellus Archiepiſcopus de Aymar. Primas Hiberniæ, quẽ citat P. Vernon in Apologia pro Lullo contra Eymericum, & ſequentes, vt infra. Hugo Cavell.

Perilluſt. Dr. D. Ludovicus de Paramo Inquiſitor Apoſtolicus in 2. tom. eius operum, queſt. de combuſtione librorum. Lud. de Paramo.

Perilluſtris D. Petrus Hioronymus Sanchez de Lizarazo Almæ Sedis Tiraſonenſis Decanus in expoſitione Artis Lullianæ Tiraſ. impreſſo, ann. 1613. vbi ſic dicit: *Niſcitur quo ſpiritu, & auſu temerario, quidam Eymericus quamdam ſibi Bullam á Gregorio XI. Papa Avinione commorante octavo Kal. Februarii eiuſdẽ Pont. anno ſexto conceſſam ſibi confixit.* Et pauló infra dicit: *Decreviſſe Sacrum Concilium Tridentinum 1. die Septembris, anno D. 1593. expungendã fore eximii Dris. Lulli quamcumq; operum improbationem, ab indicibus, præſertim Pauli IV. librorum prohibitorum, vbi allegatur prædicta Bulla fictitia, quam Eymericus Gregorii XIII. eſſe affirmaverat, quod decretum,* Sanchez.

& ſtatutum ſervatum apparet in catalogo SS. Papæ Pii IV. & in aliis catalogis librorum prohibitorum ad noſtra vſque tempora factis.

R. P. Fr. Ludovicus Miranda Valliſoletanus Regularis obſervantiæ in Conventu Salmanticenſi Sacræ Theologiæ prælector, & cauſarum Sancti Officii Qualificator, in libro, cui titulus eſt deffenſio pro Immaculata Sacræ Deiparæ Virginis Conceptione, ad SS. Papam Vrbanum VIII. dicato, queſt. 18. num. 73. verba hæc de B. Lullo dicit: *Loco ſuccedat B. Raymundus Lullus, natione Maioricanus, Balearis, Nobilis Cives, cuius uita inibi habetur celebris, doctrina vero mirabilis, ac divinitùs tradita diiudicatur: adeo vt, á multis Doctor, ſive Magiſter vocetur illuminatus, cui (vt dicitur) licet quidam Nicolaus Eymericus veritus non fuerit contraire, eidemq; errores varios impingere; hæc tamen iniuria, iam honorificé eſt vindicata, ſententia lata auctoritate Apoſtolica, iuris ſervato ordine, vt conſtat &c. Prædictus igitur B. Raymundus Lullus de Puriſsima, ac Immaculata Virginis Conceptione, in ſpeciali tractatu quem edidit, multa, eaq; notatu digniſsima ad piæ noſtræ ſententiæ deffenſionem dicit, &c.*

R. P. Artus in Martyrologio Franciſcano.
Daza, in 4 part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 45.
Pineda, ſupra privileg. Reg. Arag. fol. 3.
P. Lopes Paez in regulis Ordinis pag. 123.

R. P. Vernon, in Apologia pro Lullo.
R. Dermiſius Tadeus, in Apologia pro Lullo.
Peril. Dr. Canonicus Belverius, in Apol. pro L.
R. P. Ioannes Riera, in Memoriali pro Lullo.
R. P. Buſquets, in memoriali pro Lullo.
Peril. Dr. Canonicus ſegui, in vita Lulli.
D. Vincentius Mut, in vita Lulli.
R. P. Marçal, in Memoriali pro Lullo, & quãplurimi alii, quos brevitatis gratia omitto.

Et verum etiam eſt, quod propter huiuſmodi falſam ſuppoſitionem ab Eymerico contra B. Raymundum Lullum intentam, idemmet Eymericus, iuſſu D. Ioannis Aragoniæ Regis, á regnis Aragoniæ exul pulſus profugit, vt referunt *Diago lib. 1. Mut, in Vita Lulli. Riera, in ſuo memoriali ſect. 1. prælud. 13. Vernon in Apologia pro Lullo, & Canonicus Segui, in vita Lulli,* vbi litteræ Regiæ contra Eymericũ inſertæ ſunt, & huiuſmodi ſunt tenoris.

Eymeric. iuſſu Regio á Reg nis Arag. exul pulſ. profugit.

IOANNES Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comeſque Barcinonæ, Roſsilionis, & Ceritaniæ, dilectis, & fidelibus noſtris cuicumque. Poſt noſtri á terris ciſmarinis receſſum, reſidenti in Gubernatorem, aut Locumtenentem Generalem regnorum, ac terrarum noſtrarum, ac vniverſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris vbilibet conſtitutis, ac ipſorum

Litteræ Regiæ contra Eymeric.

officialium Locatenentibus, & aliis ad quos infra pertinere noſcantur, ſalutem, & dilectionem. Vobis notum facimus per præſentes, quod nos dudum cōtra illum hominem peſtilentem fratrem Nicolaum Eymerici, noſtri, & noſtrorum ſubditorum publicū inimicum, ſuis deteſtabilibus, & depravatis actib⁹ exigentibus proviſiones fecimus ſubſequentes. IOANNES Dei gratia Rex Aragonum, &c. Vniverſis. & ſingulis prælatis, & Eccleſiaſticis perſonis, Comitibus, Vicecomitibus, Nobilibus, Militibus, & generoſis, cæteriſq; privatis perſonis cuiuſvis gradus, & conditionis exiſtant, necnon quibuſcumque officialibus noſtris vbilibet conſtitutis, ac Locatenentib. Eorumdem ad quos pervenerint ſalutem, & dilectionem. Culpis gravibus contra noſtram Regiam Maieſtatem, & quod multo magis Nos aggravat, in divinam commiſsis, per illū nequam hominem Fr. Nicolaum Eymerici de Ordine Prædicatorum, colore officii Inquiſitionis hæreticæ pravitatis cui nunc vſq;, in Regnis, & terris noſtris damnatiſsimè præfuit multipliciter exigētibus, quas pro nunc ex quadam vrbanitatis modeſtia, & ne ipſius licet peſsimi verumtamen naturalis Imperii noſtri, vnde omnes appetimus, tam in fama, quā in moribus eſſe cæteris meliores, rea nimis infamia ſigillatim in aures veniat populorum, omittimus, eumdem fratrem Nicolaum noſtræ Reverentiæ, & honori, ac etiam fidei orthodoxæ ſuſpectum noſtrū,

Cc 3 quaque

quaque, & noſtrarum gentium notorium inimicũ præſentis, & alterius noſtræ ſibi directé patentis litteræ ſerie vniverſis vobis, & ſingulis nuntiamus vobis, aut noſtris officialibus, & veſtrum cuilibet, iniungentes expreſſé ſub pœna corporum, & bonorum quatenus litteram ipſam ille ex vobis cui prius præſentabitur, præſentet eidem, & ex tunc lapſo termino decem dierũ á præſentatione ipſius litteræ computandorum; infra quem ab omnibus regnis, & terris noſtris eum exire iubemus vbicumque infra commiſſos vobis diſtrictus ipſum iniquitatis filiũ, immo potiùs venenoſam viperam reperire poteritis, cepiatis, & ſub vinculis fidiſq; cuſtodibus deſtinetis ad nos, vt tot malorum, defleat pœnas dignas; vbi autem forté in aliqua Baronia ſit, aut fuerit receptatus, receptatores quivis fuerint requiratis cũ publico inſtrumento, vt ipſum ſcandaloſum hominẽ vobis tradant, vel ſaltem effectualiter á ſuis mox terminis, favoribuſq; repellant, & ſi hoc facere nõ curaverint, quod non credimus, procedatis contra eos, & alios inobedientes ſic fortiter tam per receptiones poteſtatum eorum, quæ pro nobis tenent in feudum, quam aliás, quod diſcant de cætero inimicos noſtros perſequi non, fovere. Nihilominus vos prædicti officiales præmiſſa faciatis in diſtrictibus veſtris voce præconia publicari, vt ſingulis innoteſcãt. Datum Valentiæ ſub Noſtro ſigillo ſecreto nono die Aprilis, Anno á Nativitate Domini Milleſimo

tercenteſimo nonageſimo tertio.

Rex Ioannes.

Andreas Salvator.

EN Ioan per la gracia de Deu Rey de Arago, de Valencia, de Mallorques, de Cerdeña, de Corſegue, é Comte de Barçelona, de Roſſello, é de Cerdaña, á Fra Nicolau Eymerich del Orde de Predicadors, ſalut tal com merex. No ignorats en quantas, é quant greus coſas voſtres grans culpes, é exceſsius ſcandels contra noſtra Mageſtat, é en no poca denigracio de noſtres Pobles, é aço que no es meńs en gran turbacio, é ofenſa de la Fé Catholica, an excitada temps ha, é excitan continuadement noſtre ira ſobre vos, é null temps algunas monicions, exortacions, manemens, ne altres proviſions noſtres, ne afronts iudicials, ſon eſtades baſtans á voſtres pertinacies, é duricies folls goſars, é manifeſtas errors, de que no poques vegades ſots eſtats convenſut legitimament, é el meńs aquellas vergońes vos degueten induhir á mills obrar, é ceſſar de mals per eſquivar los eſdevenidors, é maiors. Perque recordants, é veents voſtres malicies, tant é tant llongament continuades ſens alguna temor de Deu, é de noſtra

 Señoria

Señoria, vos aixi com agullo, é mortal veri, é ingrat, é enemich noſtre, é de noſtres gents, eſquivam, é excellam daſi avant de tota cõpanya de noſtres pobles, é de tota habitacio, é reſidẽcia, de noſtres regnes, é terres. Menãt á vos de certa ſciencia, ſots final incorrimẽt de la noſtre ira q̃ dins deu iorns de la preſentacio de la preſent á vos faedora cõptadors ſiats exit de tota noſtreSeñoria, é iames en aquella no preſumats de tornar ſens ſpecial licencia de noſtre propria ma ſcrita, per tal que entenats que ab gran difficultad obtendriets de nos ſobre aço, altre perdo, merexents aço, é als pus agrament voſtres culpes. Dat en Valencia ſots noſtre ſegell ſecret á vuyt dies de Abril del añy de iuſcrit.

Rex Ioannes.

ET quia ex præcedentium ſerie ſatis perpendi poteſt affectus quem gerimus circa deteſtãda facinora maligni hominis ſupradicti, quæ diutiús aures noſtras horridé propulſarunt, nocnon dignam animadverſionem qua meritó inſurreximus contra ipſũ nõ opportet illa amplius propalare ſolũ equidẽ, quod mente gerimus, & in noſtris tenemus affectibus radicatum, eſt hoc quod ſuperius per nos diſpoſita, & ordinata debito effectui perducantur. Mandamus itaq; vobis, & ſingulis veſtrum ſub noſtræ gratiæ, & mercedis obtentu, dictarumque pœnarũ

incurſu quatenus ſervando inviolabiliter contenta, & ſpecificata in noſtris litteris ſupradictis toto poſſe, & cura prævigili intendatis, quod dictus abominabilis homo, qui noſter (vt dictũ eſt) & noſtrorũ ſubditorum publicus inimicus extitit in Regnis, & terris noſtris de cætero non audeat reſidere: & ſi cõtrariũ facere attentaret, ipſum capiatis, & nos, vt in prima litterarum continetur prædictarũ captum ſub vinculis fidiſq; cuſtodibus deſtinare nullatenus differatis: procedendo etiã fortiter, & diſtrictè, & in omnem eventum remediis ſupradictis, & aliis fortioribus contra illos, qui forſan temeritate ducti in locis ſuarum iuriſdictionum, ipſum, quod nõ credimus, præſumerent receptare. Dat. Dertuſæ ſub noſtro ſigillo communi duodecima die Octobris, anno á nativitate Dñi. milleſ. tercenteſ. nonageſ. tertio.

Rex Ioannes.

Dominus Rex mandavit mihi
Bernardo Medici.

IOANNES *Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Maioricarũ, Sardiniæ, & Corſicæ, Comeſque Barcinon. Roſſilionis, & Ceritaniæ, dilectis, & fidelibus noſtris Iuratis, Conſiliariis, & probis hominibus Civitatum Cæſarauguſtæ, Barcinonæ, Valentiæ, & Maioricarum, necnon aliis Rectoribus quarumvis aliarum Civitatum, villarum, caſtrorum,*

&

& locorum noſtro dominio ſubiectorũ, ad quos præſentes pervenerint ſalutem, & dilectionẽ. Nos ſcribimus reſidenti poſt noſtri receſſum in Gubernatorẽ, aut Locumtenentẽ noſtrum generalem, & aliis officialibus, & ſubditis noſtris per noſtram litteram in hunc modũ: IOANNES, *&c. dilectis, & fidelibus noſtris, cuicumq; poſt noſtri, á terris noſtris ciſmarinis receſſum, reſidenti in Gubernatorẽ, aut Locũtenentem generalem Regnorũ, & terrarũ noſtrarũ, ac vniverſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris vbilibet conſtitutis, ac ipſorum officialium Locatenentibus, & aliis ad quos infra pertinere noſcantur ſalutem, & dilectionem. Vobis notum facimus per præſentes, quod nos dudum contra illum hominem peſtilentem fratrem Nicolaum Eymerici noſtri, & noſtrorum ſubditorum publicũ inimicum ſuis deteſtabilibus, & depravatis actibus exigentibus proviſiones fecimus ſubſequentes: vt ſupra in alia littera proximé regiſtrata. Verũ quia vt noſtis enormitas criminum, & exceſſuum deteſtatio quibus dictum depravatum hominem, vt inimicũ noſtrum, & noſtrorum ſubditorũ meritó reputavimus nedum intereſſe noſtrum, verum etiam veſtrum, & ipſorum noſtrorum fidelium videtur tangere in appertum volumus, vobiſq; dicimus, & mandamus expreſſé quatenus noſtri honeris intuitu, veſtriſque, & veſtrorum conatuum intereſſe circa excquutionẽ, & expeditum effectum, per nos ſuperius mandatorũ*

viriliter aſſurgatis, & partes veſtras taliter apponatis quod dictus ſeditioſus, & ſcandalis plenus in terris noſtris non valeat malignare. Nos enim per præſentes præfatis omnibus, & ſingulis officialibus noſtris iniungimus, & mandamus, quod nedũ contenta in dictis noſtris litteris, & eorum quodlibet, proprio motu, ſeu alicuius requiſitione minimè ſpectata adimpleant. Quinimo ea, & alia de quibus pro prædictorum, ſeu alicuius eorum expeditione ipſos, & eorum aliquem vos, vel veſtrum aliqui requiſiveritis exequatur: mora qualibet quieſcente. Et vt de prædictis omnibus aliis poſt vos ſuccedentibus in regimine veſtro melius, & plenius innoteſcat: providemus, & ordinamus, ac vobis, & ipſis ſucceſſoribus expreſſè mandamus quatenus anno quolibet in die electionis iuratorum conſiliorum, ſeu rectorũ, veſtrarum vniverſitatum faciatis, & faciant hanc noſtram proviſionem in plenis conſiliis ante publicationem electionum coram omnibus legi, & alta voce publicari, ne quis de iam dictis valeat ignorantiam allegare. Dat. Dertuſæ ſub noſtro ſigillo communi ſexta decima die Octobris, anno à nativitate Dñi milleſimo tercenteſimo nonageſimo tertio.

Rex Ioannes.

Dominus Rex mandavit mihi
Bernardo Medici.

LO

LO REY

HONRAT PARE, ſi los paſtors de la Igleſia de Deu ſolten les ovelles als llops, é de llurs cabañes fan cavernes é receptacles de lladres, ab quanta audacia les altres beſtias de rapiña ſe esforçaran, no ſolament machinoſament, mes ab atravit goſar á pendrer, è devorar aquelles, tot hom ab ſana penſa pot veurer clarament que ſen deu rahonablement ſperar, é qui á vos ho demanave, ſom certs, que reſpondriets que tot mal, é irreparables incōvenients, com ſia inhumana, & dura coſa lexar lo coltell en la ma del foll, é irat. Com donchs novellament haiam entes que aquell endiablat inveterat de mals dies, é publich enemich de la Sāta Fé Catholica, é de nos frare Nicolau Eymerich quis fa intitular Inquiſidor dels heretges habita é recepta en los llochs de la voſtra Eſgleſia, ques caſa de oracio, en la qual ſon indignes de habitar homens perverſos, é vntats de veri de infidelitat de que poriē pendrer llū, é exemple altres, dels quals vos ſots ſpill, é creem be que aço ignorats. pregamvos affectuoſament quel dit malvat hom en los voſtros llochs de ſuſdits no ſoſtengats, ne favoretiets en res, ans aquell axi enemich noſtre publich, ne foragitats, ó ſi voliets que mes vos hogrehiſſem, prengats en

perſona, é aquell ab bones guardes nos reme-
tats, per tal que li pugam fer portar la pena que
ſe follia, é pertinacia mereix, é ſeguiraſe deço
que retent voſtre deute nos en farets aſſenyalat
ſervey. E puis que no darets ocaſio que altres
lo recepten, nel favorejen, qui vehents ço que
vos fets per ventura farien piior, creents á ells
eſſer llegut, ço que á vos ne plauria, ſabent que
del contrari nos deſplauriets tant, que mes no
poriets; é hauriemhi de vſar de remeys convi-
nents, qui per ventura ſerien deſplaçens á vos.
E per tal q̃ mills ſiats certificat de noſtres iuſts
proceiments que contra aquell havẽ fets, é del
reglant é ferm voler quen havem, trametẽ vos
tranſlat de aquells dins la preſent. Dada en Tor-
toſa ſots noſtre ſegell menor á 22. dies de Oc-
tubre, del añy 1393.

Rex Ioannes.

Dominus Rex madavit mihi
Bernardo de Medici.

EXEMPLVM huiuſmodi alieno calamo ſcriptum in præcedẽtibus quatuor foliis præſenti computato contentum, ſumptum fuit á ſuo originali regeſto Sereniſſimi Regis Ioannis Primi diverſorum annorum MCCC. XCIII. & M.CCC.XCIIII. á fo. eiuſdem XCVII. prætitulato in Regio archivo

recon-

recondito, & cuſtodito, ac cum eodem comprobatũ per me Michaëlem Ioannem Amat. S. C. & Regiæ Maieſtatis ſcribam mandati, Archivarium Regentem Prothonotariam in Principatu Cathaloniæ per totam terram, & ditionem ſuam, Notariũ publicum Barcinonæ populatum. Vt igitur eidẽ, veluti ſuo originali prædicto in iudicio, & extra fides pleniſsima impendatur, ego dictus amat hic me ſubſcribo, & meũ quo in publicis claudendis inſtrumentis vtor ſig ✝ num, ac vt Regens Prothonotariam Regium Sigillum appono.

Alfonſ. Archiepiſcopus Epiſcopus Maioric.

Et ita apparet in ſuo Auctentico, recondito in Scrinio Vniverſitatis Balear.

ET verum etiam eſt, B. Raymundi Lullı doctrinam iuridicé vindicatam exiſtere á falſis Eymerici columniis, & impoſturis, agente Inquiſitione generali Aragoniæ per octo Magiſtros pro examine huius doctrinæ deputatos: tribus Dominicanis, & quinque Franciſcanis: Præſidente Fr. Bernardo Ermengaudio Provinciali Dominicano, ac Generali Inquiſitore. Dat. Barcinonæ ann. D. 1386. vt conſtat mediante acto publico recondito in Archivis Barcinonæ, & Palmæ quod pluries impreſſum variis in libris extat, & eſt tenoris huiuſmodi. Lul. doct. à calumn. vidicata, agẽte Inq. Gen. Aragoniæ.

Act. Inq. Arag. in favorem Lullianæ doctrinæ.

NOverint vniverſi, quod die Sabbati nonadecima die Maii, Anno á Nati. Domini 1386. in præſentia mei Notarii, & teſtium ſubſcriptorum exiſtentibus perſonaliter in Monaſterio fratrũ Minorum Barcinonæ, R. P. Magiſtro Bernardo Ermengaudi Provinciali Prædicatorum, & Inquiſitore hæreticæ pravitatis, in Provincia Aragoniæ, necnon & Fratre Antonio Falqueti, Fr. Franciſco Marmandi, in Sacra Pagina Magiſtris de dicto Ordine Prædicatorũ; Fr. Arnaldo Peregrini Confeſſore Illmæ. Dñæ. Reginæ Aragonum: Fr. Bernardo Broll, in eadẽ Sacra Pagina Magiſtris: Fr. Berengario Laqueti Cuſtode; Fr. Guillermo Arago Lectore: Fratre Dalmatio de Claſclario: Fr. Ioanne de Pageria Baccalaureo Conventualibus Barcinonæ, dicti Ordinis Fratrũ Minor. in camera ſcilicet, ſive Cella, quam præfatus Religioſus Megiſter Arnaldus Peregrini tenet in dicto Monaſterio Fr. Minorum, præfatus R. D. Inquiſitor dixit, & propoſuit, quod ad inſtantiam quorumdã amicorum venerabilis Raymundi Lull quondam Civis Maioricarum, ipſe pro infraſcriptis vocaverat ad conſilium omnes dictos Magiſtros, & Fratres, & narravit ibidem, quomodo tempore SS. in Chriſto Patris, & D. D. Gregorii Sanctæ memoriæ Papæ XI. R. P. M. Nicolaus Eymerici Ord. Prædicatorũ, tunc Inquiſitor hæreticæ

pravi-

pravitatis in Provincia Aragoniæ fecerat condemnari aliquos articulos, quos dicebat, ſe inveniſſe in diverſis libris dicti Ray. Lull, nominando ipſos libros: inter quos autem articulos erat, vt dixit idem D. Inquiſitor Magiſter Bernardus, tres, quos idem Magiſter Nicolaus dicebat ſe inveniſſe in quodã libro facto per dictũ Ray. Lull, intitulato de Philoſophia Amoris, quos articulos dictus venerabilis D. Inquiſitor, Magiſter Bernardus Ermengaudi, tradidit mihi Notario in ſcriptis, compoſitos in Latino, & ſunt iſti. Primus, quod Deus habet multas eſſentias. Secundus, quod in faciendo bonum, non oportet ſpectare, quod Deus incipiat; quia iam incœpit, quando nos creavit, & pro conſervatione noſtra, mundum nobis dedit, vt ei ſerviamus, & eum honoremus. Tertius eſt quod virtus eſt ita bona, & quantitate magna, quod omnis homo poteſt eam habere pro ſua voluntate. Dixit etiam, & aſſeruit idem D. Inquiſitor M. Bernardus, quod ipſe viderat, & recognoverat præfatum librũ Philoſophiæ Amoris, & quod non invenerat in ipſo libro dictos articulos condẽnatos vt iacebant condemnati. Licet inveniſſet in eodem libro tres articulos, á quib⁹ dicti tres articuli condẽnati, fuerunt abſtracti: quos ſimiliter idem D. Inquiſitor Fr. Bernardus tradidit mihi dicto Not. vt erant ſcripti in ipſo

libro intitulato de Philoſophia Amoris, quē in manu tenebat ſcriptum in vulgari, & ſunt iſti. Primus. Quæſtio. *Granea de amor, dix lamich; en mon Amat ha moltes eſſenties?* Solutio. *Amich, dix granea de amor, en les difinicions compoſtes al meu capitol es ſignificat, quel amich es tan lligat ab ſō Amat per vna eſſentia dādōs, que nos poden departir.* Secundus ponitur ſic. *Dones, é donzelles demor, dix lamich, manifeſta rao es, quel Amat vol eſſer honrat en lo mon toſtems, è vol ſalvacio de homens, é no damnacio. E per ayço ningu no pot, ne deu inculpar lamat, que ell no vulla eſſer honrat, ne ſalvacio de gents: per que lo deſalliment no es de part de Deu, mes es de part dels homens: que nol volen honrar. E voſaltres iam havets dit, que nous cal que ious prech que eſtats en mon amor: ans ne pregats voſaltres mi, que jo vos hi vulla metre. En axi es de Deu nous cal eſperar que ell comens, car ja ha començat, en quant ha los homens creats, é lo mon lus ha donat, perço quel tengā en lur cor en lo mon honrat. Comencen donchs á honrar lamat, é enē per lo mon ça, é lla per honrar lamat.* Tertius articulus ponitur ſic ad litterā. *Amadors los Angels, Cel, Elements, plātes, beſties, homēs, é tote res qualque ſia, ha virtut per la virtut de mon amat, car en axi compren la ſua virtut totes altres virtuts, cō la ſua bonea totes les altres bonees, é la ſua grenea totes les altres greneas. E totom, que vulla haver morals*

virtuts

virtuts per amor de la virtut de mon amat ne pora aytantes haver, é en aytant á bonea, é granea, com ne pora voler. Quibus prolatis, & narratis, dictus R. D. Inquiſitor M Bernardus Ermengaudi interrogavit omnes ſuperius nominatos magiſt. in Theologia, & alios ſupradictos Fr. Theologos, qui ibi erant, collationē ſuper iis facientes, ſi dicti articuli, vt in latino iacent condemnati, & ſupra ſunt inſerti, erant in dicto libro Philoſophiæ Amoris, vel ſi poterant elici ex dictis poſitis in libro prædicto. Etiam interrogavit, ſi dicti articuli, vt iacent in dicto libro eo modo, quo dictū eſt, vt ſupra ſunt inſerti; ſunt boni, & veri, catholici. Et omnes dicti Magiſtri, & alii Fr. per dictū D. Inquiſitorē M. Bernardū interrogati per capita, tenentes, & legentes ibi corā omnibus prædictos tres articulos condēnatos, & prædictū librum de Philoſophia Amoris; dixerunt, quod ſemel, & pluries quilibet per ſe viderat, & recognoverat aſsiduè, & diligenter prædicta: & quod dicti articuli condēnati vt iacebant, & ſupra ſunt inſerti; non erant in dicto libro, nec poterant elici ab eo: & quod articuli ſupradicti poſiti in libro prædicto Philoſophiæ amoris, erant boni, veri, ac catholici. Dixerūt præterea, & affirmarunt omnes prædicti M. & Fr. quód eſto, q̄d dicti Articuli poſiti per dictum venerabilē Ray. Lull eo modo, quo ſunt poſiti,

vt ſupra ſunt inſerti in vulgari; ab omnibus poſſunt videri veri, & catholici; multo magis legẽdo præcedẽtia, ac ſequẽtia ipſius libri, & inſpectis aliis ſuis libris patet claré, vt dixerũt, prædictos ſuos articulos eſſe veros, ac catholicos, & articulos condemnatos nullo modo eſſe ſuos, nec ſuæ intentionis. Nã, vt dixerũt, de eſſentia Dei, de quo eſt primus articulus, loquitur dictus Vener. Ray. Lull in quodã libro intitulato, de Infinito Eſſe, in cap. de Trinitate, in fine 1. §. in hunc modũ, vt dixerunt: Dicimus autẽ quod producens eſt Deus Pater, & productus Deus Filius, & procedere eſt De⁹ Spirit⁹ Sanctus, tres perſonæ diſtinctæ in numero, & vnus Deus; & non plures, ac vna eſſentia, ſubſtantia, & natura. Item dixerunt contineri in alio libro intitulato de Dei ſanctitate, quaſi in principio, dicendo quod Deus ſanctus eſt, & quælibet ſua dignitas ſancta eſt; concludit, vt dixerunt, quod vnus eſt Deus, vna Sanctitas, Eſſentia, Subſtãtia, & Natura. Etiam, vt dixerunt. in alio libro intitulato de Eſſentia perfecta, in cap. de Eſſentia Dei, quaſi in fine dicti cap. vbi loquitur de Dignitatibus Divinis, dicit ſic (vt dixerunt) Quælibet iſtarum ſignificat eſſentiam: nõ autẽ dicimus plures eſſentias: ſed vnã Divinã eſſentiam, quam vocamus Deitatem. Etiam dixerũt prædicti Magiſtri, & Fratres, quod per verba

infraſcripta contenta (vt dixerunt) ibidem in libro prædictoPhiloſophiæ Amoris, in capitulo intitulato *de Veritat de Amor*, in 2. §. vbi (vt dixerunt) continetur ſic:*No poden eſſer nombrats en eſſentia de amor Amich, é Amat, ſens vera difetia damdos*: Apparet evidenter (vt dixerunt) quod dictus Venerabilis Ray. Lull loquutus fuit in ſolutione quæſtionis dicti primi articuli de Eſſentia Amoris, & non de Eſſentia Divina. De ſecundo vero articulo condemnato, vbi cõtinetur, quód in faciendo bonum, &c. Dixerũt dicti Magiſtri, & Fratres, quód dictus Venerabilis Ray. Lull, in ſuo articulo poſito in vulgari, vt ex eius tenore claré liquere dicebãt, loquitur de amore, & non de operatione bona facienda, ſicut ſonat articulus condemnatus. Et ad iſtorũ evidentiam affirmarunt prædicti Magiſtri, & Fratres, quód in quadá quæſt. facta (vt dicebãt) in dicto libro Philoſophiæ Amoris in cap. intitulato *De les obres de Deu, & De Amor*, demonſtravit dictus Raymundus Lull, ſe bené ſcire, credere, ac intelligere, quod Deus habet concurrere in qualibet bona operatione. Dicit enim (ſicut dixerunt) Quæſtio. *Quant ha lamat obre en home? E reſponch lamich, lamat ha tota hora obra en home ab mija, é ſens mija; en mija, en quãt li fa fer vn be ab altre: ſens mija, en quant per ſi matex lo mou á fer be.* Quodq; in alio loco dicti

libri Philoſophiæ Amoris, videlicet in cap. intitulato *de Libertat de Amor*, in fine penultimi §. demõſtrat dict' venerabilis Ray. Lnll (vt ſupradicti dixerunt) ſe ſcire, & credere, quód aliquis ſine auxilio Divino non poteſt bene operari. Dicit ſiquidem, *quel amich dix á Amor; jo voldria donar á mon amat tot ço, que ell me ha donat: ço es á ſaber, &c. Y diu apres; empero jo nou puch donar ſens que ell no mo faça donar.* Vnde dixerunt, & affirmarunt omnes dicti Magiſtri, & Fr. quód dictus venerabilis Ray. Lull, in iſto ſecundo articulo, non loquebatur ſecundum formam, nec intentionem articuli condemnati; ſed loquebatur de Dei amore, quo ab æterno nos dilexit. De tertio autem articulo condemnato, vbi continetur, quod virtus eſt ita bona, &c. Dixerunt dicti Magiſtri, & Fr. quód dictus venerabilis Ray. Lull, in ſuo articulo poſito in vulgari, loquitur ſolum de virtutibus moralibus, & nõ de gratuitis: provt apparere dicebant in ipſo tertio articulo ſuperius inſerto Quoniam in alio loco dicti libri, videlicet in cap. intitulato, *Del ſolaz del amor*, in ſeptimo § demonſtrat dictus venerabilis Ray. (vt dixerunt) quod prædicta non intelligit de virtutibus gratuitis. Vbi dicit: *que parlaven lamich, é lamor de temprança, é de ſperãça, que ſon carreres, per les quals amadors van al Amat. E dix lamich, que per temprança, qui es grã, é bona*

é bona virtut, eſperava haver la gloria de ſô Amat. Acuſa lamor, lamich á ſon Amat, &c. E diu apres, quel Amat tramès juſticia al amich, per ço quel punis: per ço car per ſos merits cuydava haver ſalvacio

Dixerunt etiam dicti Magiſtri, & Fr. quód in aliis locis dicti libri Philoſophiæ Amoris, videtur claré, quód dictus venerabilis Ray. Lull, loquebatur de dicto articulo, & de aliis ſuperiús cõtentis regulaté, bené, veré, & catholicé. Et ideo omnes, tam dictus R. Inquiſitor M. Bernardus Ermengaudi, quam dicti alii Magiſtri, & Fr. ſuperius nominati in dicto loco congregati, vnanimiter concordantes, nemine diſcrepante, narratione facta de prædictis, vt ſuperius eſt dictum, in præſentia mei dicti, & infraſcripti Notarii, & teſtium infraſcriptorũ, concluſerũt; & dixerunt ibidẽ ſingulariter, & diſtricté; primo per dictũ Inquiſitorẽ ſua intẽtione prolata; quód dicti articuli, vt iacent condemnati, licet vt iacent in condemnatione bene fuerint condemnati, tamen non ſunt conſcripti in dicto libro Philoſophiæ Amoris, nec ab eo, nec á cõtentis in eo poterant elici, nec intelligi formaliter, nec æquipollenter, tacité, vel expreſſé, directé, nec etiam indirecté; immó ipſi articuli condemnati, qui ſuperiús ſunt inſerti in Latino, malé, dicto libro fuerunt attributi. Et quód articuli prædicti in vulgari poſiti in dicto libro

Philoſophiæ Amoris, qui ſuperiùs pariter ſunt inſerti, ſecundùm præcedentia, & ſequentia, & modum loquendi Doctoris, ſunt boni, veri, fideles, & catholici, & nulla rubigine hæreſis maculati: prædicta (vt dixerunt) pro concluſionibus capientes. Quibus ſic factis, & dictis, in continenti venerabilis Ioannes Lullii ibidem præſens, & vices portans in hac parte (vt dixit) & nomine ſuo, & omniũ amicorum dicti venerabilis Ray. Lull, petiit ſibi de prædictis fieri, & tradi tot, quot petierit publica inſtrumenta, per me Notarium infraſcriptum, ad habendum memoriam de prædictis. Quæ fuerunt facta in dicto monaſterio fratrum Minorum Barcinonæ, in cella prædicta, die, & anno prædictis: præſentibus religioſis, Fr. Bernardo Magri, Fr. Antonio de Fonte, Fr. Michaële Peris conventualib⁹, dicti Monaſterii Fr. Minorum ad hæc vocatis pro teſtibus, & me Petro Dalmatii Notario infraſcripto. Ego Fr. Bernardus Ermengaudi Magiſter in Theologia, Prior Provincialis Fr. Prædicatorum, & Inquiſitor hæreticæ pravitatis manu propria ſubſcribo, & ſigillum Provincialiatus appoſui impendendi in teſtimoniũ præmiſſorum. Ego Fr. Antonius Falquet, Sacræ Paginæ profeſſor, hic manu propria ſubſcribo. Ego Frater Franciſcus Marmandi, Sacræ Theologiæ magiſter, hic propria manu ſubſcribo.

Ego

Ego Fr. Arnaldus Peregrini Sacræ Theologiæ Magiſter prædictus ſubſcribo manu propria in teſtimonium præmiſſorum. Ego Fr. Bernardus Broll, Sacræ Theologiæ Magiſter prædictus, ſubſcribo manu propria me, in teſtimoniũ præmiſſorum. Ego Fr. Dalmatius de Caſtellario prædictus manu propria me ſubſcribo. Ego Fr. Berengarius Laqueti prædictus manu propria me ſubſcribo in teſtimoniũ præmiſſorum. Ego Fr. Guillermus Arago prædictus ſubſcribo me propria manu in teſtimonium præmiſſorũ. Ego Fr. Ioannes de Pegueria prædictus manu propria me ſubſcribo in teſtimonium præmiſſorũ. Sig ✠ num mei Petri Dalmatii auctoritate Regia Notarii publici Barcinonæ, qui prædictis, dum per dictos Reverendos Dominos Fratres Bernardum Ermengaudi, & alios ſuperius nominatos, in dicta cella congregatos, fiebant, & dicebantur, vnacum prænominatis teſtibus interfui requiſitus, & ea in hanc publicam formã ſcribi feci, & propriis ſubſcriptionibus ipſorum fratrum, ac Sigillo provincialiatus prædicti appoſitis clauſi.

Et verum etiam eſt, quod Lulliana doctrina iuridicè vindicata exiſtit ab Eymerici calumniis per Illum. ac Rum. D. D. Bernardum Epiſcopũ Civitatis Caſtelli, Commiſſarium, & Iudicem in hac cauſa deputatum ab Emo. ac Rmo. D. D. Alama- Ill. ac R. D. D. Ber. Ep. Com. Apoſt. ſupra Lulli cauſam,

Alamano S R. E. Cardinali in Hiſpania legato, de qua commiſsione conſtat, mediante acto publico auctentico, & in Atchiviis Barcinonæ recondito, ac Palmæ Balearium impreſſo anno 1604. tenor vero præfatæ commiſsionis Apoſtolicæ, iſte eſt.

Cõmiſsio Apoſtol.

ALAMANVS, miſeratione Divina, tituli S. Euſebii, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, in Aragoniæ, Valentiæ, & Navarræ Regnis, ac Maioricarum, & Minoricarum inſulis, in nonnullisq; aliis partibus, & terris Apoſtolicæ Sedis legatus. Rdo. in Chriſto Patri D. Epiſcopo Civitatis Caſtelli, ſalutem in Domino ſempitérnam. Sua nobis conſanguinei, & amici quondam Magiſtri Ray. Lull petitione monſtrarunt, quod olim quidã Fr. Nicolaus Eymerici, ordinis Prædicatorum, tunc in Regno Aragoniæ, officium Inquiſitoris hæreticæ pravitatis exercens, tempore fœlicis recordationis Gregorii Papæ XI. contra artẽ, & doctrinã ipſius M. Ray. vigore cujuſdã fictæ Bullæ (vt aſſeritur) per ipſum falſé fabricatæ, temeré attentavit, in famæ ipſius Dris. & artis eiuſdẽ denigrationẽ, & non modicam læſionẽ. Quare pro parte ipſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt attentata huiuſmodi nulla fore, declarare, ipſaq; caſſare, & anullare auctoritate Apoſtol. dignaremur. Nos igitur de præmiſsis,

plenam

plenam notitiam non habẽtes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati circumſpectioni veſtræ, tenore præſentium, cõmittimus, & mandamus (quatenus ſi eſt ita) quicquid per ipſum Fratrem Nicolaũ inveneritis, contra ipſum Magiſtrum Ray. & opera ſua, temerè attentatum, in ſtatum priſtinum revocate curetis, eadem nulla, & caſſa, ac irrita, auctoritate præfata, penitus nuntiantes. Datum Barcinonæ, ſecundo Kal. Martii; Anno. á Nativitate Domini 1419. Pontificatus SS. D. N. D. Martini, divina providentia Papæ V. anno ſecundo.

Qui quidẽ Illmus. ac Rmus. D.D. Bernardus Epiſcopus, vigore præfatæ commiſsionis, viſis videndis, & attentis attendendis, die 24. Martii 1419. ſententiam definitivam protulit in favorem Lullianæ doctrinæ contra Nicolaum Eymericum, reſcindentẽ in ea, attentata per quoſcumq; auctoritate cuiuſdã aſſertæ Bullæ Greg. XI. contra doctrinam cælitus illuſtrati B. Martyris Ray. Lulli; eumdem vero Ray. eiuſq; doctrinã, vt bonam, ſanam, & catholicã in priſtinũ ſtatũ vindicans, quæ eſt tenoris huiuſmodi.

Ill. ac R. D D Ber. Lul doct. ab Eymer calũniis vindicat.

SENTENTIA DIFFINITIVA.

PRO tanto Nos Bernardus Epiſcopus, & Commiſſarius prædictus auctoritate Apoſt. nobis in hac parte commiſſa, dicimus, volum⁹, & decernimus, & pronuntiam⁹, quód quicquid

Copia definitivæ ſententiæ

inveniatur quomodocumq; & qualitercumque enantatum, mandatum, comminatũ, proceſſũ, factum occaſione, auctoritate, ſeu ratione dictæ ſubreptitiæ, ac obreptitiæ Bullæ, & de falſitate evidenti nimis ſuſpectæ, teneatur pro vano, caſſo, irrito, & nullo; ac pro infecto, ſeu non facto ab omnibus reputetur: ſicut & nos ex poteſtate nobis attributa ſuper iis, quæ ex noſtro officio nobili vtimur, & vti volumus, prædictis attentis, caſſamus, irritamus, annullamus, ſeu ad nihilũ reducimus; reducentes etiam auctoritate Apoſtolica ipſum Doctorem Ray. Lull, & omnia dicta, ſcripta, & opera ſua, ac omnia alia ratione prædicta quomodocũq; & qualitercumq; & per quemcumq; & contra quoſcumq; ac corã quibuſcũq; proceſſa, & actitata, ad ſtatum priſtinum, ac primævum, ac ſi in cõtrarium eorum, nil vnquam fuiſſet dictũ, ſcriptum, vel alias quomodolibet enantatum. Reſervantes, & ſubmittentes correctionem, determinationem, aut auctorizationem doctinæ dicti Dris. Sedi Apoſtolicæ, cuius eſt de talibus cognoſcere, & ordinare; ſicut ipſemet Doctor, vt verus catholicus, expreſſé ſubmittit. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimoniũ præmiſſorũ, præſentes noſtras litteras, ſeu præſens publicum inſtrumentum per Notariũ publicũ infraſcriptũ fieri, & publicari mãdavimus;

noſtri

noſtriq; ſigilli appenſione muniri. Dat. & actũ Barcinonæ, ſub Anno á Nativitate Dñi. 1419. Die vero 24. menſis Martii: præſentibus honorabilibus viris Dñis Antonio Zeno Decretorũ Dre. Canonico Papiẽ. Arnaldo de Torrentis Conſiliario hoc anno Civitatis Barcinon. Bernardo de Marimundo maiore dierum; & Franciſco Servent, Licenciato in Legibus, Civibus dictæ Civitatis Barcinon. pro teſtibus ad præmiſſi vocatis, rogatis ſpecialiter, & aſſumptis, ac me Gabriele Cañelles Notario infraſcripto: Viſa per me Epiſcopum præfatum. Sig † num mei Gabrielis Cañelles, auctoritate Regia Notarii publici Barcinon. qui præmiſsis omnibus, & ſingulis, dum ſicut permittitur, coram dicto Reverendo Dño Comiſſario, & per eum agerentur, & fierent, vnácum prænominatis teſtibus præſens fui, hæcq; ſcribi feci, ac ſigillo ipſius Domini Epiſcopi hic appoſito impendenti, clauſi, &c.

Sententia hæc auctentica extat in Archivo Perilluſtris Civitatis Barcinonæ, & pluries impræſſa; ac de ea mentionem facit Auguſtiſsim⁹ Imperator Carolus V. in privilegiis, ad favorẽ Lullianæ doctrinæ, vt conſtat in archivo inclytæ Vniverſitatis Regni Maioric. acto publico mediante, quod in proceſſu cauſæ piæ B. Ray L. inſertum eſt. Vbi inter alia, verba hæc leguntur.

NOS CAROLVS, Divina favente clementia Romanorũ Imperator ſemper Auguſtus, &c. Attendenteſq;etiam eſſe pronũciatum per Reverendum in Chriſto Patrẽ Bernardum miſeratione Divina Epiſcopũ Caſtelli, & commiſſarium auctoritate Apoſtolica deputatum, ſuper litigio, quod in proceſſu ducebatur inter conſanguineos, & devotos dicti Egregii Doctoris parte ex vna, & Magiſtrum Nicolaũ Aymerich Inquiſitorem, in, & ſuper quadam Bulla fictitia: vi cuius, ſuper aliquas concluſiones, per præfatum Egregium Doctorem ſuis libris poſitas, & contra earum poſitionẽ inquirebatur, in condemnationẽ dicti Magiſtri Nicolai Aymerich, & in approbationẽ bonæ poſitionis, & catholicæ determinationis, in libris prælibati Dris. Egregii habitarum iuxta rectum arbitrium R. Commiſſarii præfati, & bonã conſcientiã duodecim in ſacro eloquio Magiſtrorũ, de ordinibus B. Dominici, & Minorũ; qui viſis concluſionibus, teſtificarũt cum Sacramento, ſanum, & catholicum habere ſenſum, vt in libris habentur dicti Egregii Dris. provt hæc, & plura alia conſtant in duobus inſtrũmentis publicis actis Barcinon. altero in poſſe Petri Dalmatii Notarii publici Barcinon. ſub Anno Dñi. 1386. Altero in poſſe Gabrielis Cañelles Not. publici Barcinon. ſub Anno á Nativitate Dñi.

1419.

1419 Et inſuper memores, quod nos habentes gratiſsimum, quod in ditione noſtra repertus fuerit, tam mirandarum Artium, & ſcientiæ auctor, qualis præfatus Egregius Dr. Magiſter Ray. Lul. earum lectionem publicam approbavimus, & permiſimus, provt apparet carta noſtra, Sigillo noſtro munita. Dat. Cæſarauguſtæ, quintadecima die Ianuarii, Anno á Nativitate Dñi. 1415. quod iam ante conceſſum, approbatum, & permiſſum fuerat per prædeceſſores noſtros Illmos. videlicet D. Petrum Regē Aragonum, vt patet in quadam ſua carta Sigillo eiuſdē pendenti munit. Dat. Valentiæ, decimo die Octobris Anno á Nativitate Domini Milleſimo, treceuteſimo, ſexageſimo nono, & per Dominum Martinum Regem Aragonum filiū ſuum: vt patet in quadam alia eius carta Sigillo pendenti munita, Dat. Cæſarauguſtæ, vigeſima quinta Novembris, Anno á Nativitate Domini 1399. vobis dicto Ioanni Lobet, & á vobis ſubſtituendis concedimus, & elargimur licentiam, & liberam auctoritatē, ac plenariā facultatem, dictas præfati Dris. Artes, & ſcientias legendi magiſtraliter in omnibus Civitatibus, terris & locis vniverſæ ditionis noſtræ, &c. Datū in Civitate noſtra Hiſpalis, die 11. menſis Maii. Ann. á Nat. D. 1526.

YO EL REY.

§. III.

§. III. ET VLTIMVS.

IN QVO EVIDENTER DEMONSTRATUR, Sacrum Concilium Tridentinum B. Lullum, & eius doctrinam ab omnibus calumniis vindicaſſe.

Sac. Con. Trid. Lul. doctrinā vindicat ab ōnib' calūniis.

POſtremo vindicata fuit Lulliana doctrinā, ab omnibus calumniis, eidem, ſive impié, ſive ignoranter impoſitis, tam ab Eymerico, quam á quibuſvis aliis, per Sac. Con. Trident. ad inſtantiam Eximii Dris. Ludovici Ioannis Villeta, Lullianæ cauſæ procuratoris, á Perilluſt. Senatu Cataloniæ, ad Sac. Con. miſsi; ſexdecim iudicib', videlicet Patriarcha Veneto, quatuor Archiepiſcopis, quatuor Epiſcopis, vno Abbate, duob' Generalibus Ordinū, quatuorq; celeberrimis Doctoribus, ad hæc decidenda deputatis, cuiuſquidem cauſæ Relator extitit Illmus. ac R. D. D. Antonius Auguſtinus, Epiſcopus Illerdenſis; qui quidem omnes deputati Iudices præaſſerti, viſa, & examinata diligenter, Lullianæ doctrinæ cauſa, informatiq; á Sacris Inquiſitionibus, Romana ſcilicet, Hiſpana, ac Barcinonenſi, vnanimiter concordes: doctrinam B. Ray. Lulli approbavere, & falſam Eymerici calumniam contra Lullum, & eius doctrinā doloſé impoſitā, vti talē declararunt, confir-

cõfirmando omnes ſententias contra Nicolaũ Eymericum prolatas, expurgariq; iuſſerunt ab indice Pauli IV. quicquid in illo repoſitũ fuerat contra Raymundi Lulli libros (vigore Bullæ ab Eymerico ſuppoſitæ) in littera *R. videlicet Ray. opera per Gregor. XI. condemnata*; provt poſtea ita obſervatum fuit, & expurgatus fuit præfatus index. Totum hoc referunt: *D. Vincentius Mut, in vita Lulli, Canonicus Segui in vita Lulli, Dr. Petrus Hieronymus Sanches, in Commentario Artis Lullianæ, P. Ioannes Riera, in ſuo memoriali, P. Vernon in Apologia pro Lullo, P. Athanaſius Kircherius, in Præfatione ad Artem Magnam ſciendi, P. Gabriel Ioannes Bolitxer, in approbatione Memorialis P. Ioannis Riera, Zepeda, in vita Lulli &c.* Et duo extant de viſu fidedigna teſtimonia, quorum primus eſt: Emus. ac Rmus. D. D. Amans Gabriel Paleotus S. R. E. Cardinalis, qui Sac. Conc. Trid. interfuit, & hoc á Bononiã ſcripſit, ad Ill. Drem. Ioannem Segui Lullianæ cauſæ procuratorẽ, in Romana Curia ſub dat. 6. Februarii 1586. vt conſtat in Schrinio Vniverſitatis Maioric. alter vero eſt Eximius Dor. Ludovicus Ioannes Villeta, qui vt dictum eſt, præfato Con. Trid. interfuit, Lullianæ doctrinæ procurator, & ipſe eodem anno, id publicavit Barcinonæ, ac Typis mandavit. Hæc ſunt verba præfati Villetæ: *Tandem in Sac. Œcumenico*

Con. Trid. omnis contentio conſopita eſt ex ſupradictis, & aliis quamplurimis in approbationem, defenſionem, & commendationem Ray. Lulli, & eius omnium operum &c. examinatis per Sacrum Collegium RR. Dominorum á toto concilio ad hos, & ſimiles actus ſpecialiter deputatorum, qui concordi ſententia, prima die Septembris. Decreverunt, expungendam Ray. Lulli quamcumq; operũ improbationem ab indicibus, præſertim Papæ Pauli IV. librorum probibitorũ, vbi allegatur prædicta Bulla Gregor. XI. fictitia ex ſola mentione quæ de illa reperitur ſacta, in privato cuiuſdam opere, illud autem ſtatutum, iam poſt ſervatum videmus in Catalogo, &c.

Actum huiuſmodi extat in decretis ſecretis Sac. Con. Trid. vt referunt Daza, in 4. p. Eſcolano, ibi, Villeta, in Comment. ad Artem, Segui, in vita Lulli, & in Artẽ ipſius, &c. Et tã veraciter ſubſiſtit veritas huiuſmodi, vt poſtea prædictus Ill. Dr. Ludovicus Ioannes Villeta, ob magnos labores præſtitos ad defenſionem Lullianæ doctrinæ, tam in Civitate Barcinonenſi, quam in Sac. Con. Trid. electus fuerit, eiuſdẽ doctrinæ Cathedraticus, in inclyta Vniverſitate Barcinonæ, durante eius vita, vt exactiſsimé conſtat, acto publico mediante, recepto in poſſe diſcreti Ioannis Dot Not. civis Barcinon. ſub die 24. Martii, ann. 1565. in proceſſu piæ Lulli

cauſæ inſerto, vbi, inter alia, hæc leguntur.

In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

SIT *omnibus notum, quod Magnificus D. Ioannes Lull Civis Barcinonenſis, Galſerandus Paulus Lull Æques domiciliatus Barcinone, Ioannes Valentinus de Ferrera, Civis eiuſdem Civitatis: Adminiſtratores, & Protectores doctrinæ, ſcientiæ, & aulæ Dris. Magiſtri Ray. Lulli, inſtitutæ in præſenti civitate per Magnificum Vicarium, aut Regentē vicariam Barcinonenſem, vt affines, & generis dicti Magiſtri Ray. Lull, dictis conſtitutis, & aſſignatis, aut ſubrogatis per Magnificum Vicarium, aut Regentem Vicariā Barcinonenſem, &c. Viſis, & ingenti diligentia examinatis actibus, & multis aliis probationibus per dictum Magiſtrū Villeta, productis, & adductis in defenſionem, & approbationem dicti Illuminati Dris. Magiſtri Raym. Lulli eiuſq; doctrinæ, & librorum, poſtquam duraverat dicta cauſa in dicto Sac. Con. Trid. magna conſtantia dicti Magiſtri Villeta per ſpatium duorū annorum, prima die menſis Septembris anno 1563. prædicti Illmi. & Rmi. Commiſſarii, aut Deputati cum aliquibus celeberrimis Doctoribus concluſionē, & determinationem fecerunt conformem prædicto indici S. Inquiſitionis Hiſpaniæ, vt ex indice auctorum, & librorum prohibitorum, á Sac. Œcumenico Con. Trid. facienda, removeretur, & omninò*

tolleretur prædicta reprobatio aliquorum operum Ray. Lulli in indice Papæ Pauli IV. poſita, cũ illa remitteretur reprobationi Papæ Greg. XI. fictæ per dictum Nicolaum Eymericum, vt dictum eſt, ita quod remaneant dictus Illuminatus Dr. & opera ſua, ac doctrina permiſſa, & conceſſa omnibus fidelibus Chriſtianis, vti catholica, & ſanæ eruditionis, vt conſtat in actibus factis in dicto Sac. Con. & in dicta commiſsione, & iam ita publicé intelligitur per indicem Auctorum, operumq; prohibitorum, factam in dicto Sac. Con. & publicatã iuſſu SS. Papæ Pii IV. beaté regnantis in Eccleſia Dei. Attendentes ergo & conciderantes dicti D. Adminiſtratores, & Protectores, vt dixerunt, doctrinã, & merita, labores, ac ſumptus poſitos á R. Magiſt. Ludouico Ioanne Villeta tanto tempore, & in talibus locis ad defenſionem dicti Dris. Illuminati M. Ray. Lull, &c. Auctoritate, & decreto Magnifici Vicarii, aut Regentis vicariam Barchinonæ, tenore præſentis litteræ inſtituunt, & creant dictum R. Magiſt. Lud. Io. Villeta Cathedraticum, & Regẽtem Cathedram, & doctrinã dicti Illuminati Dris. Ray. Lulli, toto tempore vitæ ſuæ, volentes in hoc ſignare, & ſingulariſare eum ob magnam eruditionem, multa merita, & ſingularem experientiã in dicta doctrina, &c. Dat. Barcinone die 24 Martii ann. 1565 Teſtes huius rei ſunt Iacobus Caſtello, & Thomas Guardia, &c. Sig✝num Ioannis Dot. Not.

EX quibus omnibus antedictis, ſat, ſuperque demonſtratum eſt, Illuminati D. Ray. Lulli doctrinam, iuridicé vindicatam exiſtere, á quibuſvis calumniis, vel impoſturis, contra eam, doloſé, invidioſé, vel ignoranter exortis; quod mihi videtur ſuffiicere, ad omnimodam, tam Lulli, quam eius doctrinæ cælitꝰ infuſæ qualificationem, ſed vt fortius confirmata remaneat veritas huiuſmodi: audias quæſo benevole Lector, aurea verba duorum clariſsimorum virorum, virtute, ſcientia, ac religigione mirabilium: quorum vnus eſt, Illmus. ac R. D. D. Arnaldus Albertinus Balearis, Inquiſitor Apoſtolicus, & Epiſc. Paccenſis, in Comment. Rub. cap. 1. de hæreticis lib. 6. quæſt. 13. vbi ſic de B. Lullo, & eius doctrina deſcribit. Aurea verba Ill. Inq. Albertini.

Nec quidem ei aſſentio, qui hæreticorum gregi Magiſt. Ray. Lullum, Civē Maioricenſem, aggregare conatus eſt: virum ſané Catholicum, integerrimæq; vitæ ſpecimen, & exemplar. Cuius inclyta doctrina, ſanctiſsimiq; mores, toti Hiſpaniæ, & Galliæ noteſcunt: vt eum, Sanctorum catalogo potius aſcribendum, ſentiant. Qui, hanc mortalem agens vitam, Zelator fidei Catholicæ fervidus extitit; teſtantibus id eius Opuſculis; Divinoq; lumine illuſtratus, vehementer anhelavit ad inſerendum humanis mentibus optimos mores, ſacramq; Fidem Chriſtianā: adeo, vt ad Agarenorū Regna intrepidꝰ

proficiſceretur quó, illos Religionis noſtræ cultores efficeret. Et, dum Verbum Divinum ſerventer Infidelibus palam exponeret; mirarenturq; omnes ſpiritum qui in eo loquebatur; non valentes eius ſapientiæ verbis obſiſtere: lapidibus illũ obruentes, aureola martyrii coronarunt. Cuius Corpus non ſine magno miraculo, ad Vrbem Maioricenſem delatum, & penes Eccleſiam S. Franciſci in Sacello honorificẽ ſepultum, miraculis claret: eiuſq; doctrina á Doctoribus Pariſienſibus probata, publicé in dicta Vrbe, & in aliis Hiſpaniæ Gymnaſiis diſcenda proponitur, quam ſi legeris, á Deo revelatam potiús, quam ab homine quæſitam, vel elaboratã cenſebis. Hæc enim, ſuos auditores virtutibus imbuit: aut imbutos invenit. Articuli vero, ei temerarié aſcripti, falſó impoſiti ſunt. Numquam enim in eius libris reperti fuere; quamvis ſubtilis, & ſcrupuloſa indagatio, á plurimis Theologis, magnæ lectionis, & auctoritatis viris, iubente Summo Pontifice, facta extiterit; prout monumenta (quæ vidi) apud Archivum Civitatis Barcinonenſis recondita teſtãtur. Quæ, non immeritó præfati D. diſcipulis anſam conquerendi coram Summo Pont. tribuunt: vt hæc ignominia, fallaciter tanto viro irrogata, deleatur de libris in quibus hoc crimen hæreſis nefandum, ei calumnioſé impingitur. Quia, vt inquit ſapientiſſimé Rufinus; eſt quidẽ glorioſum, Chriſti exemplo, patienter iniurias tolerare. Vnam tamen notam

hæreſeos qui ferat, vel diſsimulet; non eſſe Chriſtianum. Et Divus etiam Hieronymus clara voce clamabat, inquiens: Nolo, in ſuſpicione hæreſeos, quemquam eſſe patientem. Ne ergo videantur diſcipuli, crimen Magiſtri agnoſcere: ab eis ſumma ope laborandum eſt, vt illud diluatur. Summumque decet Pont. vt breviter hoc negotium, ſi coram ſua Sanctitate propoſitum fuerit; concludatur: & ſciamus, quæ laudanda; quæ vero reprobanda ſunt. Vt vnũquemq; opera ſua ſequantur. Hæc rectiſsimus, & Æquiſsimus FideiCenſor Arnaldus Albertinus, iam ab ann. D. 1533. Cenſoriis plané litteris, ad perpetuam rei memoriam, conſignata reliquit.

Alter vero eſt ſapientiſsimus P. Atanaſius Kircherius Soc. Ieſu, in libro cui titulus eſt: Ars Magna ſciendi, qui Commentum eſt Artis Lullianæ, vbi, in Præfatione notabilia verba hæc, de B. Lullo, præcantavit. *Non defuerunt, qui cum reconditiora Artis latibula, aut non penetrarent, aut ægrius Artem in vſum aliquem humanum hucuſq; deliberatum converti poſſe iudicarint; deſperationis impetu, in tranſverſum acti, Auctorem mille opprobiorum generibus exploſum, veluti impoſturæ, & crimini obnoxium publicis ſcriptis condemnarint; adeó quidem, vt celeberrimũ dogma in aperta factionis diſcrimina divulſum, complures neq; ignobiles huius doctrinæ fautores, defenſoresq;* Notabilia verba P. Athan. kirc. Soc. Ieſu.

alacerrimos; plures acontra, non dicam novæ doctrinæ ſequaces, quinimo faſtuoſiſsimos cavillatores, acerrimoſq; Antagoniſtas invenerit. Qui auctoris ſectantur dogmata Lulliſtæ, eum miris encomiorum titulis, non in Cælum tantum efferunt, virũ ſanctitate, & religione plenum, vtpoté, qui exoticam quamdam, atq; ab omni humani conſortii neceſsitudine remotã vitam in monte Randa egerit, vbi divinarum rerum contemplatione abſortus admirandum hoc doctrinæ genus verius ſuperna luce, & Spiritus S. dictamine, quã intenſo ſtudio, & inſita ingenii ſagacitate, & labore comparaverit, eũ, vel ex hoc capite aſſeverantes, quæ Nicolaus Cauſinus, in eiuſdem vita, eleganti, & terſo ſtilo deſcripta, fautor Lulli amplius proſequitur. Surrexerunt tamen poſteris temporibus nonnulli ægrioris animi Ariſtarchi, qui ſeverioribus obelicis, virum innocentem invadentes, adeo indignis modis pupugerunt, vt præter impoſturæ, & ſicophantiæ piaculum, eum de hæreſeos quoq; & Nechromantiæ nefando crimine imprudentius accuſare nõ ſunt verecundati. Ego in tam perplexo negotio dubius, & anceps, cuinam parti ſubſcribam neſcio: Hoc ſcio; Lullum hominem Deo deditum, & S. R. Eccleſiæ propagandæ zelo ardentiſsimum (vti eius relicta poſteritati monumenta ſat, ſuperq; teſtantur) virũ fuiſſe. Sed progredior ad propoſitum nobis ſcopum, quod eſt Lullianæ doctrinæ examen. Non ignoro,

Nico-

Nicolaũ Eymericũ primũ omniũ fuiſſe, qui (an ignorantia, an livoris æſtro percitus id egerit neſcio) ad ducentas ex eius monumentis orthodoxæ fidei cõtrarias (vt ipſemet putabat) propoſitiones compilando, Greg, XI. Avinione tunc temporis reſidenti oblatas cenſuræ Eccleſiaſticæ ſubdiderit, obtentaq; per ſubreptionem Bulla Pontificia, Auctorẽ vnacum libris tamquam hæreſeos nota infamem publico iudicio condemnarit. Quæ quidem ſententia iniquior, vti eorum, qui Lullo favebant, animos vehemẽter ſuccendit, ita nullum non lapidem moverunt, vt iniuſtæ condemnationis cauſas, & dãnatæ doctrinæ propoſitiones perperam expoſitas ad incudem revocarent, quod tandem opera Bernardi Ermengaudi ordinis Prædicatorum Provintialis per duodecim peritiſsimos Sac. Theologiæ Dres. á ſe in hunc coactos, ea qua par fuit, æquitate præſtitum fuit. Vnde Ann. 1419. Martini V. Pont. auctoritate, Alamanus tit. S. Euſebii S. R. E. Card. re maturé conſiderata, agitatæ cauſæ pendentem litem, nova impetrata Bulla, per Bernardum Caſtelli Epiſcopum, in favorem Lulli tandem decidit; Bullãq; Eymer. á Greg. XI. doloſé extortam, veluti ſubreptitiam, vanam, irritamq; ab omnibus haberi voluit, quam deinde Conc. Trid. Hiſpanorum ſollicitatione, per novos ad id delectos Theologos, poſt recognitam cauſam, ratam habuit, confirmavitque, libroſque Lullianos ab omni Hæreſeos ſuſpicione tutó legi

poſſe indulſit. Hæc doctiſsimus Kircherius.

Nunc, his ſuppoſitis, quia ſupponi debent, vti vera: ſic concludo præſens reſcriptũ: omnia in favorem B Ray. Lulli ſuperius deſcripta, veré & realiter exiſtunt; igitur Lulliana doctrina iuridicé vindicata extat á quibuſvis calumniis contra eam exortis ab omnibus doloſis impoſtoribus? Si nonvis concedere conſequentiam, quicumq; ſis; oſtende contrarium mei præaſſerti, quod eſt impoſsibile, quia in rerum natura non exiſtit.

Sileat ergo Nicolaus Eymericus de evidenti falſitate convictus; ſileantq; Bzovius Ianſenius, &c. vti falſo innixi fundamento; & ſciant ſapientis eſſe mutare conſilium, provt illud mutavit doctus P. Gautier Soc. Ieſu, citatus á Patre Vernón, in vita Lulli cap 22. qui Eymerici falſam ſuppoſitionem credendo, Lullum calumniaverat, vt videtur in prima æditione, veritatẽ autem poſtea examinando, ad favorem Lulli, in ſecunda æditione retractatus eſt, & Perill. Dr. Petrus Hieronymus Sanches Almæ Sedis Tiraſonenſis Decanus, doctrinam B. Lulli calumnians, ingenti dolore, poſtea retractatus eſt, veritatem Lullianæ doctrinæ comprobans, vt ſic ipſemet illud teſtatur in Proœmio Commenti Artis Lullianæ Tiraſonæ impreſſo, Ann. 1613. verbis his: *Ego quoq; perſequebar iniuſté Auctorẽ*

ipſum

ipſum, & eius doctrinam, ac profeſſores illius taxando, quia ſic fieri ab aliis ſatis licentioſè videbã, in quo propoſito longo tempore perſeverando; poſſe tamen dari Artem Generalem ad omnes ſcientias ſentiendo, & multos ob hanc cauſam auctores perlegendo ab eis circa varias partes inſtructus, & in vnum diverſas eorum explicationes compilando, eaſq; ad invicem comparando, non ſine magno, & continuo per multos annos labore miſſus ſum, meverum Artis finem attigiſſe, partim Magiſtrorum meorũ induſtria, & doctrina partim indefeſſa lectione Auctorum; & ex his omnibus meam inſipientiã circa impium iudicium Artis deprehendens, cũ maxima pœnitentia, & dolore ignorantiæ meæ pedem retuli, meq; totum lectioni Artis, & doctrinæ auctoris per tres integros annos tradidi, &c. Et pauló infra, ſic dicit: *Qui habet igitur aures audiendi, audiat, & qui habet oculos videat, ne dũ propriæ gloriæ, & oſtentationi nimis debito, Artẽ iſtam oppugnando intendit, communi vtilitati, & Reipublicæ Chriſtianæ, gloriæ quoq; maximæ Dei, & propriæ conſcientiæ contradicat.* Sciantq; omnes, invidioſé, vel ignoranter B. Lulli impoſtores, & vlulatores, ſi fortè (quod non credo) aliquis adhuc extet, Lullianam doctrinam ſanã, altam, piam, eruditione plenam, & omnimodé catholicam exiſtere, quam ſacra martyrii palma firmavit B. Lullus ob zelum, ac defenſionẽ

Sacroſanctæ fidei Catholicæ, vti novus Affricæ Apoſtolus; audiantq; ſequentia carmina.

Numquid inexauſtum doctrinæ lumen in orbe
Ceſſabit luces irradiare ſuas.
Numquid ab excelſo radius ſuccenſus & ardens,
Igne poteſt non non ſpargere crine ſolum?
His radius mundi Martyr Raymundus in orbe
Extingui poterit? cum micet ipſo Polo
Contere Sancte Deus lapiſcidas hoſce malignos,
Nam ſemel in ſaxis occubuiſſe, ſat eſt.
An placet hunc iterum famatenus elapidari?
Prodeat ex vero gloria vera bonos.
Exeat in lucem doctrinæ fautor, vt omnes
Ex vero ſanctum non cecidiſſe ſciant
Iam iam tempus erit, quo Phœbus ſurgat in orbem;
Nox ignarorum ſat tenebroſa fuit.

Quam quidem B. Martyris Ray. Lulli doctrinam tam ſingulatim per vniverſum orbem celebratam, vti cælitus infuſam, ſpero in ſæculum ſæculi duraturam, vt publicæ vtilitati inſerviat; quapropter omnibus viribus animæ meæ, Deũ Opt. Max. humiliter depræcor, vt doctrinam huiuſmodi quam in monte Randino ſervo ſuo Ray. infundere dignatus eſt, cuſtodiat, protegat, ac tueatur; vt in ſæculum ſæculi ſplendeat doctrina tam alta, & nullatenus deleatur nomen eius. Amen.

CONCLVSIO TOTIVS RESCRIPTI.

PRVDENTISSIMI viri, Deum Omnipotentem rectiſsimé colentes: præcantavi vobis pii eremitæ Ray. Lulli, illuſtria facta, eiusq; apoſtolicas virtutes ſumma admiratione dignas.

Audiſtis igitur quomodo ille in inclyta Civitate Palmæ, ex nobiliſsima proſapia ortum habuit, vbi pié æducatus á Patribus, ætatemq; iam ducens adoleſcentiæ, mundaniſve delitiis omninó deditus, Cæleſti impulſu vocatur, & poſt quaternam Iesu Chriſti crucifixi viſionē, ad Deum convertitur, in cuius amore poſtea ſemper ardens, nihil aliud, quam verum Dei cultum, & animarum ſalutem peroptavit, omnigenusq; procutavit.

Audiſtis: quam ingenti charitate, Divinis obtemperans Evangeliis, vendidit Lullus omnia bona ſua, (præter pauca, & coniugi; & filiis neceſſaria) & pauperibus erogavit.

Audiſtis: quomodo vitam eremiticam peragens Lullus in monte Randa, ab omni humano conſortio remotam, & altitudini contemplationis, & fervori actionis omnimodé dicatā,

Ieſum Chriſtum crucifixum, refulgentem vti Seraphim, iterum vidit; ibiq; cælitús illuſtratur, ac infuſa ſcientia repletus eſt, vbi tam ſtupenda portenta acciderunt; Angelus enim illi viſus, paſtoris amictu, qui quidem cæleſti dulcedine eum replevit, vtilitatemq; Artis ſuæ adventuram, ei prænuntiavit.

Audiſtis peculiarem gratiam, quam ab intemerata Virgine Maria Lullus accepit, dũ obtulit ei filium ſuum, vt pedem eius oſcularetur, quem devotiſsimé oſculatus eſt, dicens illi Ieſus: vt in libro ſuo excelſas digniſsimæ Matris ſuæ virtutes ſingulariter deſcriberet.

Audiſtis ardentiſsimum deſideriũ, in Lullo tam inceſſanter exiſtens, Sacroſanctam legem catholicã ampliandi, quapropter plures in lucẽ ædidit libros eximia eruditione conſpicuos.

Audiſtis: quot peregrinationes egit pius eremita Lullus, in vniverſo orbis terræ theatro, ad plurimos Summos Pontifices, ac Chriſtiani orbis Principes devotiſsimé admonendum, vt infidelium converſionem, & vrbis B. Ieruſalem acquiſitionem plenimodé procurarent.

Audiſtis munificentiam magnam piiſsimi Iacobi ſecundi Maioric. Regis erga Ray. qui quidem, eius precibus, Seminarium conſtitui iuſsit in Regno Maioricarum, vt variæ in illo docerentur linguæ, ad faciliús convertendum infi-

infideles, quod primũ mundi extitit Seminariũ.

Audiſtis: quot Capitula generalia abivit Lul. vti Dei, & miſerorum infidelium procurator, vt ſingulos patres, ad illorum converſionem chariſsimé inducerct.

Audiſtis: quomodo Lulli perſuaſione Sacrũ Viennenſe Concilium ſtatuit, fundari in variis Chriſtiani orbis civitatibus, cathedras linguarũ, vt infideles, mediantibus probis viris in præfatis linguis peritis, ad Sacroſanctam fidem catholicã ſalubrius reduci valerent, & quomodo quicquid Divus Ignatius adimplevit, B. Lullus iam antea acerrimé procuraverat, vt in ſuis ſcriptis ſat, ſuperque conſtat.

Audiſtis: quot innumerabiles labores: carceres ſcilicet, flagella, percuſsiones, infirmitates, perſequutiones, contemptus, calorem, frigus, famem, ſitim, navigia, tempeſtates, naufragia, & quãplurimas alias calamitates, paſſus eſt pius eremita Lullus, ad ſanctam fidem catholicam ampliandam.

Audiſtis: quot iteratis vicibus, ad infideliũ vrbes ſe contulit Lullus, vt veritatem legis catholicæ ſingulis demonſtraret, vbi plurimos ad Chriſti fidem convertit.

Audiſtis: quomodo in vrbe Bogiæ præclariſſimus Lullus, quia prædicator Evangelicus, ac ſectæ Mahometanæ flagellũ eximié exiſtebat,

gladio, ac lapidibus obrutus eſt, ibique ſacrã martyrii palma laureatus, in Cælum evolavit; cuius quidem corpus venerandum, poſtea in Palmam patriam eius divinitus perductum, & in Sacro Divi Franciſci templo eminenter depoſitũ, innumeris claruit, & quaſi aſsiduè claret miraculis, magna omnium Balearium mirabilitate.

Audiſtis: quomodo glorioſiſsimus Lullus, vti Martyr Chriſti invictiſsimus, ab immemorabili tempore colitur in tota Maioricarũ Diœcéſi; ſcientibus, & conſentientibus, Sacroſancta videlicet Sede Apoſtolica, omnibuſque præfatæ Diœceſis Ordinariis.

Audiſtis: quot varia deſcripſit Lullus volumina, nihil aliud in eis intendens, quam verum Dei amorem, & cunctarum gentiũ quærere converſionem, quæ omnia humilliſsimè correctioni Sacroſanctæ R. E. ſubiecit, vti verus, & catholicus Chriſtianus, exemplũ poſteris relinquendo, vt præfatam R. E. omniũ Eccleſiarum matrem, ſumma obedientia colant, ac eminentiſsimè venerentur.

Audiſtis quomodo Lulli doctrina tã cælitùs infuſa, à Sacroſancta Sede Apoſtolica approbata extat; & à quamplurimis Imperatoribus, Regibus, Vniverſitatibus, Inquiſitionibus Inquiſitoribus, viriſq; ſcientia, religione, ac ſanctitate

conſ-

conſpicuis, ſolida, catholica, vtilis, ac neceſſaria, comprobata, ac declarata exiſtit?

Audiſtis: quomodo doctrina præfata, pluries auctoritate Apoſt. iuridicé vindicata extat, á quibuſvis calumniis, in quovis tempore, quomodolibet contra eam extortis?

Audiſtis tandem: quomodo Sac. Con. Trid. Hiſpanorum ſollicitatione, præfatam doctrinã ſanam, catholicam, atq; vtilem declaravit, ac firmavit, vbi omnis huiuſmodi contentio conſopita eſt, taliter, vt abhinc nemo amplius rationabiliter contra eam vlulare, nec clamitare valeat? Deus enim, vt pia mente exiſtimo, Lulli doctrinam peculiariter defendit, ea ratione inter alia, quia piiſsimus Lullus, cuncta eius opera, ac ſcripta omnia, & ſingula direxit, vt illemet Deus, ab omnibus gentibus rectiſsimé coleretur; qui quidem, vti iuſtus, pius, & miſericors, eos ſingulariter adiuvat, qui in eius vinea pro illius rectiſsimo cultu vehementer laborãt.

PER DEVM.

IGitur Benedictum in ſæcula ſæculorum; intimo cordis mei affectu depræcor vos, & chariſsimé admoneo, vt mentis rectitudine, opera Lulli diligenter percurratis, ac percipiatis, præſertim contemplationes in Deũ, proverbia,

quinque ſtatus, volumina contra infideles, artesque omnes amandi Deum; ſecluſo enim omni dubio, experientia notabili comprobabitis infallibilitatem veritatis, quam vobis enuntiavi; ſi autem ſic operamini: ſecurus ſum, vos vná mecum firmiter aſſerere: pium eremitam Ray. Lullum nobilem Balearem fuiſſe, Drē. Divino lumine illuſtratum, Spiritus S. organum, Artis Generalis auctorem, magnum in Philoſophia Magiſtrum, Minervam, Mundi radiū, omnium iniquarum artium perſequutorē, Athletam fidei conſtantiſsimum, columnam legis catholicæ firmiſsimā, ac eiuſdē inexpugnabile propugnaculum exiſtere; plurimi enim venerunt ante Chriſti adventum, ad illuminandum noctem præſentis vitæ, qui velut aſtra in hoc mundo radiarunt, donec verus Lucifer, ac Redemptor humani generis ſurgeret; nam ad oſtēdendum innocentiam venit Abel, ad docendū actionis munditiam, venit Enoch, ad inſinuādum longanimitatem ſpei, & operis, venit Noé, ad exprimendū obedientiam, venit Abraham, ad demonſtrandū coniugalis vitæ caſtimoniā, venit Iſaach, ad iurandum laboris tolerantiam, venit Iacob, ad reddendū bona pro malis, retributionis gratia, venit Ioſeph, ad manſuetudinē enuntiandam, venit Moyſes, ad informandum contra adverſa fiduciam, venit Ioſue, & ad præ-

dican-

dicandum inter flagella, patientiam, venit Iob; omnes enim præfati viri in hoc mũdo virtutes prædictas, hominibus nuntiarunt; venit autem poſt hæc pius eremita Lullus, qui quidem vti peculiariter electus, & illuſtratus á Deo, cunctas illas relatas virtutes, ſolus, verbo, opere, & exemplo omnibus præcantavit, & in eius monumenta deſcripta reliquit. Divinus itaq; potius quam humanus extitit, & octo cæleſtibus viſionibus gaviſus eſt; ſex videlicet Iesu-Xpi. vnã vero B. V. Mariæ, alterã namq; Angeli. Et præter Apoſtolos, tã in altitudine cõtemplationis, quam in fervore actionis, prærogativã obtinuit, qui quaſi totum mundum genuiſſet, ſollicitabatur omnem hominẽ introducere in Regnũ Cælorum: quis autem ſic cucurrit? Quis ſic laboravit? Quis ſic tam in mari, quã in terra, tot peregrinationes egit? Quis ſic afflictus, percuſſ⁹, periculis innumeris excoctus? Quis toties flagellatus ob defenſionem fidei catholicæ? Quis in ſapiẽtia ſic emicuit; vt etiam illa mediante, totum orbem illuſtraverit? Quis tot volumina conſcripſit ad amorem Dei procurandum, & ſectas omnes infidelium, rationibus evidentib⁹ deſtruendum? Quis rationes tam altas invenit, ad puritatem B. V. M. in primo phiſico inſtãti, firmandã? Et tandem quis Artẽ Generalem invenit, omnia ſcibilia cõprehendentẽ? Exiſtimo

enim, & ex piis Lulli operibus, ac monumentis ſané infero, quod ipſe, ſecundus Paulus Eccleſiæ Dei extat, cuius veſtigia (vt audiſtis) ad apicem imitatus eſt, de cuius nomine, & doctrina gloriatur Vniverſus Orbis; igitur O vos omnes Theatri mundani incolæ piiſsimũ Raymundũ, Dei, & omnium gentium procuratorem, colite, libros eius legite; vos Chriſtiani, vt in amore Dei ardeatis; & vos infideles vt mediante auxilio Dei ad legem Catholicam veniatis. Vos autem invicti Baleares, quibus proprié ſpectat Patrem hunc recolere veſtrum, attentó quod in veſtra Vrbe Palmæ natus eſt; ibiq; ſacrum eius corpus iacet, & Palma veſtræ Palmæ B. Lullus exiſtit. &c. Igitur ipſum impenſé colite, quia ſi veri Patritii eſtis, ſic colere debetis.

FINIS.

ERATA SIC CORIGE.

FOl. 19. linea 13. Solomonem, Salomonem. Fol. 19. linea 16. comprehendens comprehendentem. Fol. 73. linea 11. eius, eorum. Fol. 124. linea 3. ſauſæ, cauſæ. Fol. 149. linea 10. vivebat, vixiſſe. Fol. 175. linea 20. cum, eam. Fol. 176. referunt, idem referunt. Fol. 205. linea 17. columniis, calumniis. Fol. 216. linea 3. archiviis, Archivis.

INDEX
OMNIVM TITVLORVM,
QVI IN HOC RESCRIPTO CONTINENTVR.

Cap. 1. in quo deſcribūtur Nativit. vita, martyriū, & cultus immemor. pii erem. Raymundi Lulli. fol. 1.

§. 1. Ray. nativitas, connubiū, & pravus amor. fol. 1.

§. 2. Raymundi converſio admiranda. fol. 7.

§. 3. Pia Ray. opera poſt eius converſionem. fol. 12.

§. 4. Raymundi Divina illuſtratio. fol. 14.

§. 5. Ray. deſcribit Artē, ad omnes ſcientias agnoſcēdas generalē, & folia lentiſci variis caracteribus ſubſignita prodeunt mirabiliter. fol. 19.

§. 6. Ray. ſtatuit docere Artem ſuam, deſcendit de mōte, & Palmā venit, eā gentibus præcantat, Angelumque videt. fol. 25.

§. 7. Artis Gen. Ray. Lul. præſtantia iuxta ſenſum clariſs. virorum. fol. 27.

§. 8. Ray. ad montē Peſul. ſe confert, cū Rege Maior. varia habet colloquia, eiuſque precibus præfatus Rex ſemin. quoddā fundat in Reg. Maior. omniūq; ſeminar. mundi auctor eſt Lullus. fol 34.

§. 9. Ray. deſcēdit de mōte, in Civitatem Palmæ ſe cōfert. B. V. M. tradit ei filiū ſuū Ieſū, vt pedē eius deoſculetur, varia cū illo habet colloquia, miſteriū Concept. B. M. V. in primo inſt. phiſ. abſq; vlla labe acerrimè deffendit. fol. 39.

§. 10. Ray. pereg. variæ, ad fidem Cathol. exaltandā, Miſt. Conc. peculiariter defendit, & agit in ſcolis. fol. 49.

§. 11. Ray iterum Romā peragrat, & plurima ibi cum

SS. Papa Boniſ. VIII. pertractat ad fidei catholicæ exaltationem, & infideliũ converſionem, &c. fol. 53.

§. 12. Ray. cũ Subt. Ioan. Dums-Scoto alloquitur Pariſiis. fol. 55.

§. 13. Ray. ad infidelium vrbes ſe confert: eius prædicatio, & evangelizatio referuntur. fol. 57.

§. 14. Ray. iterũ Romam peragrat, & cũ SS. Papa Benedicto varia habet colloquia & abhinc plurimas agit pereg. ad S. legem catholicam exaltandam. fol. 61.

§. 15. Ray. Romam iterũ venit, SS. P. Clem. V. Artem Gen. offert, qui quidẽ de Con. Em. D. S. R. E. Card. illum mittit ad Pariſienſem Vniverſitatem, pro eius approbatione. fol. 64.

§. 16. Ray. á Pariſ. iterũ Romam venit, approbationẽ Artis ſuæ SS. Papæ Clem. V. offert, & memoriale quoddã plurima continens ad omnimodam mundi reformationẽ, & varias agit peregrinationes ad Dei negotium procurandum. fol. 67.

§. 17. Ray. Genuam peragrat, librum contemplationũ deſcribit, ad Conciliũ Viennenſe ſe confert, plurima ad Fidei Catholicæ exaltationem petit á Sac. Con. fol. 69.

§. 18. Ray. Dei procurator acerrimus, multũ adhuc laborat pro eius fide amplianda. fol. 79.

§. 19. Raym. ſummopere martyrii palma laureari peroptat, & omniũ iniquarum artiũ acerrimus perſequutor extat, & alia notatu digna. fol. 83.

§. 20. Ray. á Palma Bogiam venit, ibiq; conſtitutus infideles ardenter prædicat. fol. 87.

§. 21. B. Ray. Lulli martyriũ deſcribitur. fol. 93.

§. 22. B. Ray. ſac. corpus mirabiliter in portum Sancti Nicolai de Portopi defertur á

merca-

mercatoridus Genuenſ. ibique honorificé acceptum, ſolemni, generaliq; proceſsione peracta, in Sachriſtia Regii Conventus S. Franciſci de Obſervantia deponitur. fol. 97.

§. 23. *Stupendum ignis miraculum, qui omnia conſumens in Sachriſtia S. Franciſ. B. Ray. corpus Sacroſanctum illæſum, intactúque reliquit.* fol. 100.

§. 24. *Beati Ray. Lulli Sacrum corpus, in novum ſepulchrum marmoreum tranſfertur, & feſtum publicum in eiuſdem martyrii honorem inſtituitur á Peril. Regni Maioric. Cònſulibus.* fol. 103.

§. 25. *Varia feſta in honorem B. Martyris Ray. Lul. inſtituhuntur.* fol. 108.

§. 26. *B. Martyris Ray. imagines variæ patenter extant in Sacroſanctis Diœceſis Maioric. templis.* fol. 110.

§. 27. *Beati Raymundi Lulli Affricæ Apoſtoli, martyrii comprobatio evidens demonſtratur.* fol. 113.

§ 28. *Quomodo cultus oblatus Beato Raymundo Lullo in tota Maioricarum Diœceſi permittatur.* fol. 131.

Cap. 2. In quo approbationes, ác Lullianæ doctrinæ cõmendationes, breviter enucleantur. fol. 139.

§. 1. *Lullianæ doctrinæ approbat. aperiuntur.* fo. 139.

§. 2. *Doctrinæ Lul. commend. variæ deſcrib.* fol. 142.

Capit. 3. In quo iuridicæ vindic. á calumn. quibuſvis Lullianæ doctrinæ impoſitis demonſtrantur. fol. 147.

§. 1. *Varia de B Ray. Lul. ac de eius doctrina ſupponuntur.* fol. 147.

§. 2. *Origo calumniarum Lul. doct. impoſitarũ, & earũ refutatio.* fol. 174.

§. 3. & *vlt. in quo evidẽter demonſt. Sac. Con. Trid. B. Lul. & eius doct. ab omnibus calum. vindicaſſe.* fol. 212.

Concluſio totius Reſcripti. fol. 235.



APOSTROPHE DRIS ILLVMINATI, AC MARTYRIS GLORIOSISSIMI BEATI RAYMVNDI LVLLI BALEARIS.

OPVS PRÆCLARVM, IN QVO NEceſſariis rationibus myſteria Sacroſanctæ Fidei Catholicæ probantur; quod Sanctiſsimo Papæ Innocentio XI. *D. O. & C. Dr. Petrus Bennazar Almæ Sedis Maioricarũ Canonicus, B. Martyris Lulli Devotiſsimus.*



Palmæ Balearium Typis Viduæ Guaſp Anno MDCLXXXVIII.

SANCTISSIMO
D. N. INNOCENTIO XI.
DIVINA PROVIDENTIA,
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

BEATISSIME PATER: Apoſtolicam vitam ducens pius Heremita Raymundus Lullus Nobilis Balearis; dum in humanis agebat Romæ, vbi ſalutem, & converſionem infidelium, expugnationemque vrbis beatæ Ieruſalem vigilantér procurabat, librum conſcripſit: *Apoſtrophe* intitulatum, in quo, fide ſuppoſita, neceſſariis rationibus myſteria Sacroſanctæ Fidei Catholicæ probat, ad hoc, vt devoti Chriſtiani, iſtis mediantibus, confundere poſsint infideles quoſlibet, ac eorum iniquas ſectas deſtruere; dictumque librum Santiſsimo Papæ Bonifacio octavo fœlicis recordationis meritiſsimé obtulit; cupiens autem ego præfatum librum Typis dare, devotione ingenti, quam profiteor erga piiſsimum Lullum Magiſtrum meum chariſsimum motus, eiuſque inherendo monumentis, Sanctitati veſtræ illum dicare decrevi, vt ſub tam firma cuſtodia ſecurus extet, quicunq; enim ſub vexillo Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cuius Summus Pontifex caput exiſtit, vti Chriſti Vicarius, cui ſuas vices, & poteſtatem ipſe credidit, reponitur, perire nequaquám poteſt.

Tu enim Pater Santiſsimæ Digniſsimus Paſtor exiſtis illius Eccleſiæ, quæ rectiſsime comparatur civitati illi, de qua glorioſa dicta ſunt, vt dicitur in Pſal. 86.

quid

quid autem glorioſius ea poterit, quam glorificavit tota ſimiliter Beata Trinitas, quam defendit Divina Maieſtas, quam illuſtrat divina claritas, quam regit ſuprema bonitas, cuius dux Iesvs, verus Deus, & homo, cuius cives electi, cuius miniſtri Angeli illi Beatiſsimi ſpiritus excubantes ſuper muros eius die, ac nocte; hæc eſt enim, quam ædificavit Dominus ſupra firmam petram, hæc eſt ſion illa dilecta, cuius portas diligit Dominus ſuper omnia tabernacula Iacob, hæc eſt ſponſa illa immaculata, non habens maculam, neque rugam, quam non vili clenodio, ſed prætioſo ſanguine ſubarravit Dñs; hæc eſt mater pulchræ dilectionis, agnitionis, & ſpei, quæ filios generat in æternũ regnaturos, quã prænuntiaverunt Patriarchæ, quã prædixerũt Prohetæ quã ſimul omnis illa veteris teſtamẽti laborioſa, ſervilisq; obſervantia dominã recognoſcit, & quid amplius? Glorioſa dicta ſunt dete, ó Civitas Dei, Beata tu Ieruſalem, quis ſimilis tui, quæ ſalvaris in Domino, negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis, pro patribus tuis, naſcentur tibi filii, nec deficies in ſempiterna ſæcula, benedic Dñe fortitudini eius, & opera manuum eius ſuſcipe, percute dorſa inimicorum eius, & qui oderant eam non conſurgant, audi Domine vocem eius, & ad populum ſuum introduc eam, Deus virtutum convertere, reſpice de Cælo, & vide, & viſita vineam iſtam, & perfice eam quam plantavit dextera tua, fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi Iesvm Chriſtum Dominum

noſtrum qui tecum vivit, & regnat in vnitate eiuſdē Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

Tu enim paſtor vigilantiſsime, eam paſcis Eccleſiā, quæ toties perſequuta eſt, nam primo per gladium, quando iam cultus veri Dei in toto terrarum orbe radiare cæperat, vt infertur, ex perſequutione Stephani, Iacobi, & aliorū innumerabiliū, exercebatur enim in hoc Eccleſiæ patientia 2. per falſam doctrinam ab impiis Iudeis, qui ſunt Sinagoga Satanæ, & videtur in diſputatione Petri, Pauli, &c. qui quidē omnes informaverūt, quod Iesvs eſt Xpus in lege promiſſus contra perverſas aſſertiones iudæorum. Tertio per Magos, & incantatores, vt patet in Simone Mago, quē proſtravit Beatus Petrus Apoſtolus, & in plurimis aliis.

Quarto per falſos Chriſtianos, ſuperbiæ ſpiritu tumentes, qui inſtigante diabolo plures hæreſes ſeminarunt, & vt dicit Beatus Bernardus, quaſi totus mundus coniuravit contra Chriſtum.

Tandem vero perſequuta eſt Eccleſia Sacroſancta, á plurimis Imperatoribus, & Regibus, idola colentibus aliqui, alteri vero iniquitatis ſpiritu moti, vt omnibus innoteſcit, non autem miretur aliquis de his perſequutionibus, quia vt dicit divus Auguſtinus: qui non habuit perſequutionem, non eſt Chriſtianus; omnia ergo fidem impugnant, ſed firmum eius fundamentum, ſtabile perſeverat, ſignaculum habens divinum, nam non aliter poſsibile foret, quod inter tot inſidiatores ſic floruiſſet, niſi cultores eius Divina Mageſtas protexiſſet, Divina Sapientia illuminaſſet,

Divina Bonitas bonificaſſet, iuxta promiſsionem Chriſti firmiſsimam, quæ cum eiſdem ſemper extitit, & vſquè ad conſumationem ſæculi exiſtet.

Tu enim Eccleſiæ Catholicæ Pater: vtrumq; gladium divina ordinatione ſuſcepiſti, ſpiritualem, videlicet, ac temporalem, nam ſicut Chriſtus, ſolus eſt Sacerdos, & omnium Rex, ita par eſt, vnum quoque eſſe Vicarium, qui omnes eius vices gerat, vt ex Hieremia facile conſtat, quando dicit: *Ecce coſtitui te hodie ſupèr gentes, & Regna*, ſed cum eminencius multo ſit ſpiritualia gerere, ideo tu pater Sanctiſsime, ad ſecurius vacandũ, rebus divinis cõtent⁹ iuriſdictione ſpirituali, & parte Imperii mundani, reliquũ vero Principibus Chriſtianis competis, quia ad hoc etiã, á Deo electi ſunt, & vocati, qui quidẽ omnes Eccleſiæ tuæ ſubiiciuntur poteſtati, vt Divinum Tabernaculum, cuius fundamentum eſt Chriſtus, quẽ dedit Deus Pater, vt caput ſupra omnem Eccleſiam, ſed cum eius magna Mageſtas non ferret, vt hic ſemper viſibilis maneret, conſtituit ſuo loco Vicarium ſuum, dilectum Petrum caput Eccleſiæ, ſupraque eum ædificatam Eccleſiam, quatenus, & ipſe in Chriſto fundatus, & virtute eius ſolidatus eſt, cuius loco ſuccedis tu Pater Beatiſsime, & tuæ Papali poteſtati neceſſario expetit, vt omnes terrenæ poteſtates ſubdantur, vt ex ante dictis appareret, quod plurimis exemplis confirmatur; vbi enim ſunt Eccleſiæ hoſtes, ac inſidiatores, conſtantius ſcilicet Arrianus, Valens, Iulianus apoſtata, Atanaricus, Halaricus, Ganſericus, Honoricus, Attila, Zeno, Totila,

Theo-

Theodoricus, Conſtantius tertius, & quartus, Federicus primus, & ſecundus, Otto quartus, Ludovicus quartus; Nero, Decius, Maximianus, & quam plurimi alii Eccleſiæ inſectatores cum ſuis complicibus, qui præfatam Romanam Eccleſiã ſuffocare omnigeni nitebantur numquid prævaluerunt? Ecce hodie ingentiſsima gloria floret Sancta Romana Eccleſia, & verus Dei cultus, illi autem, ſi pænitentiam nõ egerunt, apud inferos contremiſcunt, vbi enim eſt illorum ſucceſsio, evanuit certe tanta maieſtas, iuſto Dei iudicio, eos puniens, qui eius Eccleſiam Sacroſanctam inſectare conantur; Imperium enim Chriſtianorum, plurimis abhinc annis, teneri audio, á feliciſsimis viris, ex altiſsima auſtriaca proſapia mundi nobiliſsima, divina ita diſponere providentia ortis, quod ſumma felicitate hodierna die regit Auguſtiſsimus Leopoldus Romanorum Rex, & de Monarchia Othomana innumeros triumphos obtinet; vtrumque etiam mundum gubernari video feliciſsime, á Catholicis Hiſpaniæ Monarchis, ex eademmet auſtriaca proſapia ſimiliter ortis; & ſcis quare tam ingenti fælicitate, pace, ac quiete, ſceptra ſua tenent, ea ratione, vt recta mente exiſtimo, quia Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiſsimi humiliter profitentur; & ſi Deus eſt pro nobis quis contra nos; Ecce regnat fides ſancta videntibus, & invidentibus inimicis, dentibus ſuis frementibus, & tabeſcentibus, nihil contra manum Dei Omnipotentis facere valentibus, iuxta pſalmiſtæ prophetiam dicentis: Dixit Dominus Dño

meo

SS. Papa Bonif. V III. pertractat ad fidei catholicæ exaltationem, & infideliũ converſionem, &c. fol. 53.

§. 12. Ray. cũ Subt. Ioan. Dums-Scoto alloquitur Pariſiis. fol. 55.

§. 13. Ray. ad infidelium vrbes ſe confert: eius prædicatio, & evangelizatio referuntur. fol. 57.

§. 14. Ray. iterũ Romam peragrat, & cũ SS. Papa Benedicto varia habet colloquia & abhinc plurimas agit pereg. ad S. legem catholicam exaltandam. fol. 61.

§. 15. Ray. Romam iterũ venit, SS. P. Clem. V. Artem Gen. offert, qui quidẽ de Con. Em. D. S. R. E. Card. illum mittit ad Pariſienſem Vniverſitatem, pro eius approbatione. fol. 64.

§. 16. Ray. á Pariſ. iterũ Romam venit, approbationẽ Artis ſuæ SS. Papæ Clem. V. offert, & memoriale quoddã plurima continens ad omnimodam mundi reformationẽ, & varias agit peregrinationes ad Dei negotium procurandum. fol. 67.

§. 17. Ray. Genuam peragrat, librum contemplationũ deſcribit, ad Conciliũ Viennenſe ſe confert, plurima ad Fidei Catholicæ exaltationem petit á Sac. Con. fol. 69.

§. 18. Ray. Dei procurator acerrimus, multũ adhuc laborat pro eius fide amplianda. fol. 79.

§. 19. Raym. ſummopere martyrii palma laureari peroptat, & omniũ iniquarum artiũ acerrimus perſequutor extat, & alia notatu digna. fol. 83.

§. 20. Ray. á Palma Bogiam venit, ibiq; conſtitutus infideles ardenter prædicat. fol. 87.

§. 21. B. Ray. Lulli martyriũ deſcribitur. fol. 93.

§. 22. B. Ray. ſac. corpus mirabiliter in portum Sancti Nicolai de Portopi defertur á

merca-

mercatoridus Genuenſ. ibique honorificé acceptum, ſolemni, generaliq; proceſsione peracta, in Sachriſtia Regii Conventus S. Franciſci de Obſervantia deponitur. fol. 97.

§. 23. Stupendum ignis miraculum, qui omnia conſumens in Sachriſtia S. Franciſ. B. Ray. corpus Sacroſanctum illæſum, intactũque reliquit. fol. 100.

§. 24. Beati Ray. Lulli Sacrum corpus, in novum ſepulchrum marmoreum tranſfertur, & feſtum publicum in eiuſdem martyrii honorem inſtituitur á Peril. Regni Maioric. Conſulibus. fol. 103.

§. 25. Varia feſta in honorem B. Martyris Ray. Lul. inſtituhuntur. fol. 108.

§. 26. B. Martyris Ray. imagines variæ patenter extant in Sacroſanctis Diœceſis Maioric. templis. fol. 110.

§. 27. Beati Raymundi Lulli Affricæ Apoſtoli, martyrii comprobatio evidens demonſtratur. fol. 113.

§ 28. Quomodo cultus oblatus Beato Raymundo Lullo in tota Maioricarum Diœceſi permittatur. fol. 131.

Cap. 2. In quo approbationes, ac Lullianæ doctrinæ cõmendationes, breviter enucleantur. fol. 139.

§. 1. Lullianæ doctrinæ approbat. aperiuntur. fo. 139.

§. 2. Doctrinæ Lul. commend. variæ deſcrib. fol. 142.

Capit. 3. In quo iuridicæ vindic. á calumn. quibuſvis Lullianæ doctrinæ impoſitis demonſtrantur. fol. 147.

§. 1. Varia de B Ray. Lul. ac de eius doctrina ſupponuntur. fol. 147.

§. 2. Origo ealumniarum Lul. doct. impoſitarũ, & earũ refutatio. fol. 174.

§. 3. & vlt. in quo evidẽter demonſt. Sac. Con. Trid. B. Lul. & eius doct. ab omnibus calum. vindicaſſe. fol. 212.

Concluſio totius Reſcripti. fol. 235.



APOSTROPHE
D^RIS ILLVMINATI, AC MARTYRIS
GLORIOSISSIMI BEATI RAYMVNDI LVLLI BALEARIS.

OPVS PRÆCLARVM, IN QVO NEceſſariis rationibus myſteria Sacroſanctæ Fidei Catholicæ probantur; quod Sanctiſſimo Papæ Innocentio XI. *D. O. & C. Dr. Petrus Bennazar Almæ Sedis Maiorica-rũ Canonicus, B. Martyris Lulli Devotiſſimus.*



Palmæ Balearium Typis Viduæ Guaſp Anno MDCLXXXVIII.

SANCTISSIMO
D. N. INNOCENTIO XI.
DIVINA PROVIDENTIA,
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

BEATISSIME PATER: Apoſtolicam vitam ducens pius Heremita Raymundus Lullus Nobilis Balearis; dum in humanis agebat Romæ, vbi ſalutem, & converſionem infidelium, expugnationemque vrbis beatæ Ieruſalem vigilantér procurabat, librum conſcripſit: *Apoſtrophe* intitulatum, in quo, fide ſuppoſita, neceſſariis rationibus myſteria Sacroſanctæ Fidei Catholicæ probat, ad hoc, vt devoti Chriſtiani, iſtis mediantibus, confundere poſsint infideles quoſlibet, ac eorum iniquas ſectas deſtruere; dictumque librum Santiſsimo Papæ Bonifacio octavo fœlicis recordationis meritiſsimé obtulit; cupiens autem ego præfatum librum Typis dare, devotione ingenti, quam profiteor erga piiſsimum Lullum Magiſtrum meum chariſsimum motus, eiuſque inherendo monumentis, Sanctitati veſtræ illum dicare decrevi, vt ſub tam firma cuſtodia ſecurus extet, quicunq; enim ſub vexillo Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cuius Summus Pontifex caput exiſtit, vti Chriſti Vicarius, cui ſuas vices, & poteſtatem ipſe credidit, reponitur, perire nequaquám poteſt.

Tu enim Pater Santiſsimæ Digniſsimus Paſtor exiſtis illius Eccleſiæ, quæ rectiſsime comparatur civitati illi, de qua glorioſa dicta ſunt, vt dicitur in Pſal. 86. quid

quid autem glorioſius ea poterit, quam glorificavit tota ſimiliter Beata Trinitas, quam defendit Divina Maieſtas, quam illuſtrat divina claritas, quam regit ſuprema bonitas, cuius dux Iesvs, verus Deus, & homo, cuius cives electi, cuius miniſtri Angeli illi Beatiſsimi ſpiritus excubantes ſuper muros eius die, ac nocte; hæc eſt enim, quam ædificavit Dominus ſupra firmam petram, hæc eſt ſion illa dilecta, cuius portas diligit Dominus ſuper omnia tabernacula Iacob, hæc eſt ſponſa illa immaculata, non habens maculam, neque rugam, quam non vili clenodio, ſed prætioſo ſanguine ſubarravit Dñs; hæc eſt mater pulchræ dilectionis, agnitionis, & ſpei, quæ filios generat in æternũ regnaturos, quã prænuntiaverunt Patriarchæ, quã prædixerũt Prohetæ quã ſimul omnis illa veteris teſtamẽti laborioſa, ſervilisq; obſervantia dominã recognoſcit, & quid amplius? Glorioſa dicta ſunt dete, ó Civitas Dei, Beata tu Ieruſalem, quis ſimilis tui, quæ ſalvaris in Domino, negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis, pro patribus tuis, naſcentur tibi filii, nec deficies in ſempiterna ſæcula, benedic Dñe fortitudini eius, & opera manuum eius ſuſcipe, percute dorſa inimicorum eius, & qui oderant eam non conſurgant, audi Domine vocem eius, & ad populum ſuum introduc eam, Deus virtutum convertere, reſpice de Cælo, & vide, & viſita vineam iſtam, & perfice eam quam plantavit dextera tua, fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi Iesvm Chriſtum Dominum

noſ-

noſtrum qui tecum vivit, & regnat in vnitate eiuſdẽ Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

Tu enim paſtor vigilantiſsime, eam paſcis Eccleſiã, quæ toties perſequuta eſt, nam primo per gladium, quando iam cultus veri Dei in toto terrarum orbe radiare cæperat, vt infertur, ex perſequutione Stephani, Iacobi, & aliorũ innumerabiliũ; exercebatur enim in hoc Eccleſiæ patientia 2. per falſam doctrinam ab impiis Iudeis, qui: ſunt Sinagoga Satanæ, & videtur in diſputatione Petri, Pauli, &c. qui quidẽ omnes informaverũt, quod Iesvs eſt Xpus in lege promiſſus contra perverſas aſſertiones iudæorum. Tertio per Magos, & incantatores, vt patet in Simone Mago, quẽ proſtravit Beatus Petrus Apoſtolus, & in plurimis aliis.

Quarto per falſos Chriſtianos, ſuperbiæ ſpiritu tumentes, qui inſtigante diabolo plures hæreſes ſeminarunt, & vt dicit Beatus Bernardus, quaſi totus mundus coniuravit contra Chriſtum.

Tandem vero perſequuta eſt Eccleſia Sacroſancta, á plurimis Imperatoribus, & Regibus, idola colentibus aliqui, alteri vero iniquitatis ſpiritu moti, vt omnibus innoteſcit, non autem miretur aliquis de his perſequutionibus, quia vt dicit divus Auguſtinus: qui non habuit perſequutionem, non eſt Chriſtianus; omnia ergo fidem impugnant, ſed firmum eius fundamentum, ſtabile perſeverat, ſignaculum habens divinum, nam non aliter poſsibile foret, quod intér tot inſidiatores ſic floruiſſet, niſi cultores eius Divina Mageſtas protexiſſet, Divina Sapientia illuminaſſet,

Divi-

Divina Bonitas bonificaſſet, iuxta promiſsionem Chriſti firmiſsimam, quæ cum eiſdem ſemper extitit, & vſque ad conſumationem ſæculi exiſtet.

Tu enim Eccleſiæ Catholicæ Pater: vtrumq; gladium divina ordinatione ſuſcepiſti, ſpiritualem, videlicet, ac temporalem, nam ſicut Chriſtus, ſolus eſt Sacerdos, & omnium Rex, ita par eſt, vnum quoque eſſe Vicarium, qui omnes eius vices gerat, vt ex Hieremia facile conſtat, quando dicit: *Ecce coſtitui te hodie ſuper gentes, & Regna*, ſed cum eminencius multo ſit ſpiritualia gerere, ideo tu pater Sanctiſsime, ad ſecurius vacandũ, rebus divinis cõtentꝰ iuriſdictione ſpirituali, & parte Imperii mundani, reliquũ vero Principibus Chriſtianis competis, quia ad hoc etiã, á Deo electi ſunt, & vocati, qui quidẽ omnes Eccleſiæ tuæ ſubiiciuntur poteſtati, vt Divinum Tabernaculum, cuius fundamentum eſt Chriſtus, quẽ dedit Deus Pater, vt caput ſupra omnem Eccleſiam, ſed cum eius magna Mageſtas non ferret, vt hic ſemper viſibilis maneret, conſtituit ſuo loco Vicarium ſuum, dilectum Petrum, caput Eccleſiæ, ſupraque eum ædificatam Eccleſiam, quatenus, & ipſe in Chriſto fundatus, & virtute eius ſolidatus eſt, cuius loco ſuccedis tu Pater Beatiſsime, & tuæ Papali poteſtati neceſſario expetit, vt omnes terrenæ poteſtates ſubdantur, vt ex ante dictis apparet, quod plurimis exemplis confirmatur; vbi enim ſunt Eccleſiæ hoſtes, ac inſidiatores, conſtantius ſcilicet Arrianus, Valens, Iulianus apoſtata, Atanaricus, Halaricus, Ganſericus, Honoricus, Attila, Zeno, Totila,

Theo-

Theodoricus, Conſtantius tertius, & quartus, Federicus primus, & ſecundus, Otto quartus, Ludovicus quartus; Nero, Decius, Maximianus, & quamplurimi alii Eccleſiæ inſectatores cum ſuis complicibus, qui præfatam Romanam Eccleſiã ſuffocare omnigeni nitebantur numquid prævaluerunt? Ecce hodie ingentiſsima gloria floret Sancta Romana Eccleſia, & verus Dei cultus, illi autem, ſi pænitentiam nõ egerunt, apud inferos contremiſcunt, vbi enim eſt illorum ſucceſsio, evanuit certe tanta maieſtas, iuſto Dei iudicio, eos puniens, qui eius Eccleſiam Sacroſanctam inſectare conantur; Imperium enim Chriſtianorum, plurimis abhinc annis, teneri audio, á feliciſsimis viris, ex altiſsima auſtriaca proſapia mundi nobiliſsima, divina ita diſponere providentia ortis, quod ſumma felicitate hodierna die regit Auguſtiſsimus Leopoldus Romanorum Rex, & de Monarchia Othomana innumeros triumphos obtinet; vtrumque etiam mundum gubernari video feliciſsime, á Catholicis Hiſpaniæ Monarchis, ex eademmet auſtriaca proſapia ſimiliter ortis; & ſcis quare tam ingenti fælicitate, pace, ac quiete, ſceptra ſua tenent, ea ratione, vt recta mente exiſtimo, quia Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiſsimi humilitér profitentur; & ſi Deus eſt pro nobis quis contra nos; Ecce regnat fides ſancta videntibus, & invidentibus inimicis, dentibus ſuis frementibus, & tabeſcentibus, nihil contra manum Dei Omnipotentis facere valentibus, iuxta pſalmiſtæ prophetiam dicentis: Dixit Dominus Dño

meo

meó, ſede á dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, & iterum dicit ſæpe expugnaverunt me, á iuventute mea; etenim non potuerunt mihi; Cælum autem, & terra tanſibunt, verba autē Chriſti dicentis: *Ecce ego vobiſcū ſum, vſq; ad conſumationē ſæculi*; non præteribunt; advertant igitur ſenſati principes Eccleſiā inſectantes, quod eis vtile ſit, & ſalubre; poſt tot annorum curricula, ac tam varios rerum eventus, vbi nullus inquám Eccleſiæ hoſtis proſperatus eſt; ſummam obedientiam Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, eiuſque Vicario, omnimodé profiteri, ſi Divinum adiutorium habere peroptant, qui enim præcepta Chriſti adimplet, in tenebris non ambulat, Eccleſiam veró Catholicam, Spiritu Sancto dictante Chriſtus inſtituit; gaude igitur, ac lætare Sāctiſsime Pater, quia tam ſupremo innixus fundamento, omnes hoſtes ſuperabis, Sarracenos, deſtruhes, & in omnibus fæliciter intentum tum pium, ac iuſtum adimplebis.

Itaque Beatiſsime Pater, hodierna die Sacroſanctam Romanam Eccleſiam iuſtiſsime Regens, Innocentii XI. nomine, Pontifex optimorum melior, maximorum maior, vineæ Eccleſiaſticæ Cuſtos, gregis Catholici Paſtor, Dei ſimulacrū, prudentiæ fons, bonitatis ſpeculum, gloriæ gloria, iuſtitiæ protector, Sarracenorum flagellum; principum conciliator, immenſæ molis erector magnificus, duobus vero gladiis, ſpirituali, nempe, & temporali munitus, cuius Imperiū magnum, terminatur cum ſtellis, cuius ſceptro obedit

mun-

mundus, ac contremiſcit infernus, cuius claves aperiunt, & claudunt paradiſum, ſub vmbra cuius providæ Rectoriæ, viret pax, abundantia floret, deperdita virtus recuperatur, ſub cuius aquila iacet poſtratus draco, á cuius pede, conculcata remanet cuncta hæreſis, omniſque error, ſub tuis pedibus humilitér proſtratus depræcor ſanctitatem veſtram; vt ſub eius tutela, *Apoſtrophe*, pii eremitæ Raymundi Lulli, Doctoris Illuminati, ac Martyris glorioſi, acceptare dignetur, Amen.

Humilis Sanctitatis veſtræ filius
Petrus Bennazar Almæ Sedis
Maioricarum Canonicus.

PRÆ-

CVM intelligere recte (ſtudioſiſsime Lector) ad omnia ſit vtile, & homo, vt ait eloquentiſsimus Cicero, ad duas potiſsimum res natus ſit, ad intelligendum nimirum, & agendum; igitur deprehendit vir ille prudentiſsimus, ſcientia, & virtute ſublata, hominem, non hominem ſed veram potius belluam eſſe; & nonne hoc ratione vtile acceptum ferendum? Quis dubitare poteſt, ſi recto intelligere mediante, bonum, á malo ſecernitur, ſeparatur ab iniuſto iuſtum, & á falſo quod verum eſt, ſeiungitur; movit profecto res hæc divinum illum Platonem, vt homines admoneret in contemplatione, ac cognitione, rerum ſublimium verſari. Plurimæ extant in vniverſo orbis theatro gentes, quæ quidem intelligunt, ſed nullatenus recte intelligunt, quia Deum recte non agnoſcunt, in multis erroribus exiſtentes, contra veram ac Sacroſanctam Fidem Catholicã, in cuius rebus, qui delinquit in vno, cenſetur omnium reus, intelligunt hæretici, intelligunt Scyſmatici, intelligunt Sarraceni, ſectarii quilibet, & Gentiles omnes, verumtamen falſe, & non recte intelligunt, quia á vera via deviantur, defectu veri intelligere; intelligit autem Catholicus Chriſtianus, & recte intelligit; & ſcis quare? Quia intelligit Sacroſanctam Fidem Catholicam, quam tenet Sancta Romana Eccleſia, veram eſſe, quam niſi quiſque fideliter, firmiterque crediderit, ſalvus eſſe non poterit; in iſtam non credunt infideles, propter hoc, quia in ſuis iniquis ſectis fortiter radicati, impie exiſtunt, nolunt enim ad illam converti, quia credere pro credere, modo aliquo relinquere nolũt, vt ait Illuminatus Lullus, in libro diſputationis quinque homi-

hominum ſapientum; rationes igitur petunt demoſtrativas, & neceſſarias fidem catholicam probantes, vt eis mediantibus, credere ſuum, pro credere, & intelligere relinquant; has conati ſunt Sancti Patres inquirere, aliquas decantarunt, ſed notitiam potius generalem, quã ſpecialem in ſuis monumentis reliquerunt; optime vero dari tales rationes aſſeruerunt, vt ait divus Anſelmus in Monologio cap. 13. his verbis: Duo opuſcula feci, &c. vt certa ratione, non authoritate, quæ ad Deum pertinent, manifeſtarem, *quam rationem, ſeu rationes, ſepé appellat* neceſſarias, *& per ipſas monſtrare profitetur myſteria fidei. Divus Thomas Aquinas cum Anſelmo concordat in primo Sententiarum, in fine tertii quæſiti primæ diviſionis, vbi ſic deſcribit:* ſed tamen ratio manu ducta per fidem, excreſcit in tantum, vt ipſa credibilia pœnitus comprehendat, & tunc ipſa quodam modo intelligit. D. etiam Auguſt. lib. 2. de libero arbit. cap. 2. ſic dixit: rationem redditurus ſum, non vt fidem reſpuas, ſed vt ea jam fidei firmitate tenens, etiam rationis luce conſpicias. Ricard. de Sancto Victore, idem confirmat dicens: quod ad ea quæ ſunt fidei, non ſolum poſſunt haberi rationes probabiles, ſed etiam neceſſarias, licét eas contingat interdum nos latere, & in lib. de Trin. cap. 8. promittit, ſe non ſolum fide, ſed etiam rationibus neceſſariis Dei vnitatem, & perſonarum Trinitatem oſtenſurum; & D. Thomas á Villa nova conc. 2. de Corpore Chriſti hæc profert: quia non per intelligentiam, fidem adhibemus, ſed per fidem, ad intelligentiam aſcendimus, ſicut ſcriptum eſt: niſi credideritis,

non intelligetis. Idem dicit R. P. Ioſephus Ferrer Ord. Min. Diſcalceatorum, in Pharo Evangelico, tract. 2. de Generat. Æterna ſec. 17. ſuper locū Iſaiæ: niſi crediderítis, &c: Verbis his: neceſſarium eſt donum fidei, quod acuat intellectum, vt ita dicam ad intelligendum ſicut opportet. Dixit etiam David Propheta in Pſalm. credidi propter quod locutus ſum &c.

Tandem vero in lucem prodiit Divinus ille Lullus Cælitus illuſtratus, qui quidem Artem generalem deſcripſit, cuius principiis, & regulis, quiſlibet fidei articulus, ipſa fide ſuppoſita probari poteſt; pulchre illud præcantavit Doctus Athan. Kircherius Soc. Ieſu, in Com. Artis Lullianæ lib. 8. ſec. 2. de Controver. Fidei cap. 1. de Fidei principiis, verbis his: non eſt articulus fidei, qui non arte noſtra ſcité, & erudité cōtra Neothericos decidi poſsit, &c. Plura enim fidei myſteria, per principia, & regulas Lullianæ Artis probat Kyrcherius in præcitato loco. *Itaq; piiſsimus Eremita, ac fidei lampas ſemper ardens Lullus, Romæ præſens. Anno* 1296. *& exaltationem fidei, ac fundationem ſeminariorum linguarum orientalium, á Santiſsimo* Papa *Bonifacio* VIII. *conſtantiſsime petens, librum deſcripſit.* Apoſtrophe *intitulatum, ac præfato Santiſsimo Papæ dicavit, in quo neceſſariis rationibus veritatem myſteriorum fidei omnibus demoſtravit, vti per eas, adiuti, miſſionarii, infideles quoſcunque convertere valerent, & credere eorū, pro credere, & intelligere Chriſtianorū relinquere valerent, vti vi veritatis convicti, & ſuperati, veritas enim ōnia ſuperat, quā Lullus ſemper, vti ſcutum inexpugnabile,*

in

in corde ſuo portavit, ideoque nullo vnquam tempore convictus fuit; eſt, nec erit, & librum præfatum, Sanctiſsimus Papa Bonifacius octavus, cuſtodiri iuſsit in Bibliotecha vaticana; vt publicæ vtilitati inſerviret, vt refert Pater Vernon, in Lulli Apologia ad Sanctiſsimum Papam Clement. IX. *dicata. cap.* 27. *qua propter Doctiſsimus Kircherius, de Lullo loquens, in præfatione ad Artem magnam ſciendi, verba hæc profert*: Hoc ſcio: Lullum hominem Deo deditum, & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ propagandæ zelo ardentiſsimum, vti eius relicta poſteritati monumenta, ſat, ſuperque teſtantur.

Igitur librum hunc, divinus Lullus, omnibus præcantavit; vt fide, ſpe, & charitate moti devotiſs. Chriſtiani, infideles reducerent ſalubrius ad Sacroſanctam Fidem Catholicam, Deumque ſumme bonum, recté diligerent, ac intelligerent, vt veri ſapientes appellari poſſent; vera enim ſapientia eſt: Deum recté diligere, & agnoſcere, quia initium ſapientiæ timor Domini; perſpice igitur benevole Lector Lulli rectam intentionem, & mentis ſinceritatem, ac eius rationum infallibilitatem, illius imitari veſtigia, qui verbo, opere, & exemplo, Sacroſanctam Legem Catholicã ampliare, tam acerrimé conatus eſt, per ſpatium quinquaginta annorum, quouſque pro eius propugnatione, martyrio coronatus eſt; quod ſi ita operaris Deus tibi dabit gloriã ſempiternam; lege igitur, & diligenter percurre librum hunc, & infuſa ſcientia plenum, illum recognoſces; quidquid enim per vmbras enuntiaverunt Sancti Patres, illud B. Raymundus, vt Spiritus Sancti organum, ac Dei procurator, ingenti claritate præcantavit, cunctorum ſapientũ,

ac cæterorum admiratione. Vale igitur Lector quicunque ſis, & in omnibus Deum lauda, vti fontem Divinæ Sapientiæ, qui tam peculiariter Lullum infuſa ſcientia replevit. Palmæ Balæarium, Die 13. Iunij 1688.

APPROBATIO.

ADMODUM R. P. M. Fr. ANTONII ROIG, Ordinis S. Auguſtini, S. Officii Qualificatoris, olim Prioris Conventus B. Mariæ de Succurſu Civitatis Maioricenſis, ter Vicarii Provincialis, ac Viſitatoris Inſularum Maioricæ, ac Minoricæ, Definitor Provinciæ Aragoniæ, &c.

DE Mandato Perilluſt. D. I. V. D. Michaelis Federici Sāçeloni Almæ Sedis Mai. Præcentoris, atq; Illmi. ac Rmi. D. D. Petri de Alagon Regii Conſiliarii, Archiepiſcopi, Epiſcopi Maioricen. Meritiſsimi Vicarii Generalis: Attento animo perlegi tractatū Illuminati Doct. Ray. Lulli, cui titulus eſt; Apoſtrophe, & merito, nam quod á Spiritu Sancto Auctor accepit, ad nos convertit; quem Perilluſt. Dn̄s Sacræ Theol. Dr. Petrus Bennaçar Balear. Cathredalis Canonicus, Pro ſua pietate, ac Religione, poſtremo typis mandare intendit, atque SS. Dn̄i N. Innocentii XI. pedibus ſubjicere; in hoc Auctorem ſequens, qui jam olim dictum tractatum, in prima editione, Bonifacio VIII. felicis recordationis, obtulerat.

Perlegi, inquam, Apoſtrophe, non cenſendi animo, etſi mirabilia Dei in ſanctis ſuis, videndi, & cū

Bernardo fateor; *malè habetur liber, qui ſine auctore ſuo non deffenditur, ipſe igitur per ſe loquatur.* Actenus SS. PP. nobis articulorum fidei naturalem non repugnãtiã miniſtraverant; Raymundus vero, volumine hoc, protulit jam naturalem evidentiam, Sed quid mirum? Si liceat mihi fari, de Raymundi ſcientia, quod de Eccleſia fatus Propheta fuit: *fundamenta eius in montibus ſanctis: fundavit eam altiſsimus.* Si ergo Raymundi doctrinã in Randino monte altiſsimus fundavit, quid admiramini eam tam ſolidis inniti fundamentis? Laudate Dominum omnes in Raymundo, quoniam in ipſo, confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, dum per ipſum nobis tale opus miniſtravit; de quo mihi ſolum cum Plinio ſupereſt dicere, quod ipſe de libris Maximi confeſſus fuit: *eſt opus pulchrum, validum, acre, ſublime, varium, elegans, purum, figuratum, ſpatioſum, etiam, & cum magna tua laude diffuſum.* His telis tam acritér contra infideles pugnatur, vt ipſis efugium lateat, quia ſi divinas revelationes credere nolunt, naturales rationes negare nõ poſſunt cum omnibus communes concinant, & quod ſcripturæ negatur, natura ſolidatur. Quid ergo mihi dicere ſupereſt?

Vnum, inter tot præconia laudum mihi reſtare videtur, nempè exortationem ad omnes dirigere, vt hanc Raymundi doctrinã amplectantur: guſtate igitur, & videte quoniam ſuavis eſt Dñs; ne de vobis ſuſpiſcetur, quod de pertinace Propheta dixit: *noluit intelligere, vt bene ageret.* Nam nulli ſanæ mentis, ac

piæ

piæ voluntatis affecto diſplicebit Raymundi doctrina, ſi illam attenté percurrat, imó placente doctrina, mirabitur de Raymundi charitate, zeloque de fide catholica amplificanda, atque in fidelibus diffundenda, ſimulq; bonitatē, quā ipſe ſemper in ore habebat, laudabit, & forte de Auctore Canet, quod de Chriſto Ioannes affirmavit: *tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis; & hi tres vnum ſunt.* Id eſt charitas, doctrina, & paſsio, *& hi tres vnum ſunt:* gloſſat Lyra, *quia conveniunt in aſſertione vnius veritatis.* Tantæ charitatis incendio Lullus flagrabat, vt á ſe percontantibus, quis ſuus pater eſſet? Reſpondebat, amorem eſſe. Vnde veniebat? De amore. Quo tendebat? Ad amorem. Quo ſubſidiū vitæ dabat? Amore. Vbi degebat? In amore ſe morari, afirmabat. Quid de firmitate ſcientiæ ipſius fatear? Hiſtoriographi canant: *apparuit illi Chriſtus Crucifixus, tunc ſubito illuſtratus, ſenſit intra ſe fontem infuſæ ſcientiæ.* Quid amplius loquar? Non plus vltra fatear. Quæ omnia Raymundi martyrio pro Fide Catholica dilatanda confirmata fuere. Et hi tres vnum ſunt, quia conveniunt in aſſertione vnius veritatis; ſcilicet in ſtabilitate Raymundi virtutis, & magnitudinis coram Deo: divino oraculo atteſtante: *qui fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Vnde de Raymundo cum Plinio concludo: *beatos quibus datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere facienda; beatiſsimos vero quibus vtrumque.*

Nunc autem ad te, Perilluſtris Dñe, exortationem

meam

meam dirigo, cernuè precans te, vt quanto citius, volumen hoc prælo mandes, atque in manibus Sanctiſsimi Domini Noſtri Innocetii XI. colloces; vt ipſe tanquam Moyſes, ſupra montem orans Eccleſiæ, hæc invincibilia arma contra Mahumetanos prælantibus diffundat; vt tanto clypeo muniti bellantes prælia Chriſti, non ſolum corporaliter, ſed ſpiritualiter vincant, donec terreſtrem, Cæleſtemque Ieruſalem conſequantur. Ita ſentio, in Conventu Beatæ Virginis Mariæ Succurſus Maioticarum Ordinis Eremitarum Obſervantium S. P. N. Auguſtini die 29. Iunii 1688.

Fr. Antonius Roig.

Die 15. Septembris 1688. Viſa approbatione Admodum Reverendi Patris Magiſtri Fratris Antonii Roig Ordinis Sancti Auguſtini, Sancti Officii Qualificatoris; olim Prioris Conventus Beatæ Mariæ de Succurſu Civitatis Maioricenſis, ter Vicarii Provincialis, ac Viſitatoris Inſularum Maioricæ, ac Minoricæ, Definitor Provinciæ Aragoniæ, &c. Concedimus licentiam, vt imprimatur præſens opus Beati Illuminati Doctoris, Martyris Raymundi Lulli.

Sançeloni Vic. Gen. & Off.

DOCTORIS
DON FRANCISCI
DE TOGORES SACRATÆ PRIMARIÆ ÆDIS ALMÆ SEDIS MAIORICARVM CA-nonici adiudicatio, atque in Auctorem dilaudatio.

NOSTRI Servatoris Ieſu Athletæ, Beati ſcilicet Martyris, ſimulqué cælitús illuſtrati Doctoris Raymundi Lulli *Apoſtrophe ad Pontificem, Barcinone editum anno Domini 1504. & recenter anno 1651. Argentorati, tum inſcriptione de articulis fidei*, mihi ex ſingulari delegatione D. Drid. D. Melchioris de Siſternes in Balearico Regiæ Audientiæ Senatu Regentis, Regiiqué Conſiliarii ſolertiſsimi, prævidendum, ac providendum, occurrit exemplò dictum illud eloquentiæ profluvii: *Nihil eſt Doctore frigidius, qui verbis tantum Philoſofatur, non exemplis, neque enim hoc Doctoris eſt, ſed hiſtrionis; fabularum actor dicitur non, divinarum rerum buccinator: verus Doctor, qui vitæ Sanctimoniam cum doctrinæ legibus coniungit.* Talis,

Divus Ambroſi*

inquam

inquam, extitit Magnus heros Beatus Raymundus Lullus. Si enim divorum exempla monumenta quædam ſunt, quæ nunquam patiuntur eorum dicta præterlabi, facta interire, memoriam aboleri: Non moritur, qui honeſté vivit; non decidit, qui egregiis operibus excellit: oblivionis in tenebras non abit, qui ſingularium clareſcit lumine exemplorum: imó illa, quæ ocyſsima marceſcit Eloquentia, ſi in cultiſsimis virtutum hortulis efloreſcat, non perit, ſed perennat.

Ea cauſa eſt quare Beatiſsimum heroá naſcentis, & obeuntis ſolis ornamentum longé maximum Raymundum (tale namque nomen, Radium perſonat mundi) etiam nũ liceat vivum intueri, præſentem venerari, docentem exaudire. Age veró; quæ virtutum monumenta, ſupra Doctrinam, á viro Beato deprædicas excitata? Vtinam quam multa illa ſint, mihi dicere licéret, ſi minus poſſem illuſtrare: plura enim vnus Raymundus excitavit, quam omnes ſimul Oratores valeant recenſére. E pluribus tria ſeligo: *aſperitatis in ſe ipſum; pietatis in homines: charitatis in Deum*, ea nobis Lullus poſuit monumenta, quæ nulla poſsint annorum ſerie labefactari.

Quis vnquam atrocius in hoſtes bellum, quam Raymundus in ſeipſum comparavit? Primum, ſuum ipſe animum corporis in-

cluſum Eremo ad extremum ſpiritum acerbiſsima preſsit obſidione omnes aditus obſtruxit, omni comeatu interdixit, omne voluptatum præſidium amovit. Iam veró illas ſenſuum portas, quæ ad mentis arcem ferunt, ita clauſit, vt ahenis pluſquam repagulis munitæ viderentur.

Non dico, quos frigoris caloriſq; appulſus imbecillo corpore exceperit taceo, quas ſaxorum, ſylvarumq; aſperitates nudis plantis velans, & volans ſuperarit: ſileo, quæ in loca ventis pervia, rupibus prædura, pluviis obiecta ſe receperit corroſo pœnitentiæ habitu cubiturus: omitto, quæ in ſe Zonis cilicinis, crudis loris, hamatis flagellis exercuerit lanienam: prætereo, quos dies ieiunium tranſegerit, & guſtandi ſenſum, maximé voluptarium domuerit, vt ſe totum inſcriptioni mortalibus ſalubri dederet. Vnum memoro, quod licet quādam gloriam olim hauſerit in equitandi amandi, ſequé phalerandi paleſtra, vbi perinde clarus fuit; illam, inquam, vanam occupationem abire ſibi noluit impunitam. Corpus ita cilicio, rudique amictu, nec non lachrymis aſsiduis in monte caſtigat, vt non mundi ſtemma, ſed Chriſti miles videatur ſtrenuus.

Iam veró perpēdite, quám ſe præſtitit aliis clementem, qui ſe ſibi tám præbuit immitē,

quan-

quanta in alios charitate, ſuam in ſe aſperitatem temperavit. Vt tamen, huiuſce charitatis amplitudinem melius percipiatis, mecum ipſam orbis vniverſi amplitudinem conſiderare debitis: Enimverò hæc ſumma fuit in Lullo; ita vt ad omnium gentium ſalutem natum fuiſſe videatur. Quippè, cui adeò cordi fuit vaſtiſsimas regiones peragrare, diverſa maria traiicere disjunctiſsimas terras perluſtrare, barbaras nationes adire, rudes, & incultos populos inſtruere, infinita propè laborum genera, & periculorum experiri: vt hoc ei non caſu eveniſſe, ſed à natura inſitum fuiſſe exiſtimemus. Cum vita ad hominum ſalutem, non pecuniæ ſtudio, ſed paupertatis amore, non quietis cupiditate, ſed laborum tollerantia; non privata vtilitate, ſed communi omnium ſalute eſt traducta.

Sed quid eloquar de eiuſdē in Deū pietate? Certum eſt eius animū ſæpenumerò in Deū excitari, vt è divi parentis lacertis aliquoties dulcem exceperit Ieſum oſculandum. In Deū pietate affectum illum colant; Doctiſsimus Athanaſius Kircherius Societatis Ieſu, cum de ipſo ſic in verba prorumpit: *Hoc ſcio: Lullum hominem Deo deditum, & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ propagandæ zelo ardentiſsimum, vti eius monumenta poſteritati demandata ſunt, ſuperque teſtantur.* Et P. Ioannes Paulus Fons

Kircher' in Præfat. ad cōmēt. Art. Lull.

P. Ioãnes Paul' Fōs in ſuo

miſtico Seraphino periodo 3. eiuſdem Societatis hæc pro eodem verba facit. *Ita declaravit illum ſanctus ille vir, & tam doctus Raymundus Lullus.*

Verius tamen, divinum pietatis in Deum monumentum, quod Lullo ſuam Chriſtus Crucem quam nulli alii pro teſtamento reliquerat (vt ex authenticis trãſumptis Magnificorũ Iuratorum Maioricenſis tabularii rité conſtat, firmiterque teſtatur R P. Gabriel Ioannes Bolicher Soc. Ieſu in proceſſu piæ cauſæ noſtri Herois) præcipué tradidit. Et ſi ex ipſiuſmet Chriſti ore: *ſi quis diligit me, ad eũ veniemus, & manſionẽ apud eũ faciemus*: in Lullo manſiſſe Divinũ numen, quis ambigat? Cũ Sapientia Æterni Patris ſit Filius, & ſuæ Sacratæ Crucis, in qua pependit, Raymundum hæredem conſtituens ſui ipſius hæredẽ conſtituit: cumque iuxta Auguſtinum: *Lignum illud vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magiſtri docentis*: Quis inquam, dubitet, Divinam Sapientiam Chriſtum é Cruce pendentem in Lullum advenisse, quãdo homo litterarũ plané rudis tot volumina conſcripſerit, vt meritó Nobiliſsimus ille vir Dominus de Alta Villa Gallus loquendo de noſtro doctore, hæc promat: *Fuit Lullus nobilis vir Maioricenſis, illuſtris propter ſuam pietatem, nativitatem, aut eruditionẽ: ille mortuus eſt anno 1315. poſtquam conſcripſerat tria, aut*

Ioan. 14.

Auguſt. tract. 119. in Ioan.

In hiſtoria Regia 1666.

qua-

Digitized by Google

quatuor millia volumina ſuper omnes ſcientias divinas, & humanas: Ars ſua eſt mirabilis, methodus eius fœcunda, & inventio illius incredibilis eſt.

Quis neget, Doctrinam Lulli (in primiſq; huius codicis) fluxiſſe de Cælo? Cum in illa Beatus Dr. condiderit illud Divi Petri: *Parati ſemper ad ſatisfactionẽ omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt ſpe, & fide*: hoc eſt (vt apprimé vertit Menochius) *Parati infidelibus rationem reddere, fidei veſtræ*: & diffuſius Lyranus: *Per fidei defenſionem rationabilem oſtendendo quod continet omnẽ ſanctitatẽ*: fidei túm merito incrementum dederit, ſi ad Angelicum Doctorem luminis vertas orbes dulces ſic fundentem ab ore ſonos: *Cum enim* (ait) *homo habet voluntatem promptam ad credendum, diligit veritatem creditam, & ſuper ea cogitat, & amplectitur ſi quas rationes ad hoc invenire poteſt. Et quantum ad hoc ratio humana non excludit meritum fidei, ſed eſt ſignũ majoris meriti*; ipſamq; fidem fideliũ in cordibus radicitus ſtabilierit; fatur enim Clemens Rõ. *Quantó quis propenſior eſt in expetenda ratione, tantó firmior eſt in conſervanda fide; & ratione quaſi vinculo colligatur, vt divelli, aut ſeparari facilé non poſſit.*

Epiſt. 2. cap. 3. verſ. 15.

D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 10. parraf. reſpõdeo

S. Clem. Rom. in 1. recognitionum citatus à Lorino ſuper 1. D. Petri, cap. 3.

Quis hæſitet, noſtri Martyris Doctrinã cælitus inditã extitiſſe! Cum de illa omninó

faſ ſit decantari Salomonicum illud carmen:

Cant. 4. *Sicut Turris David collum tuum, quæ ędificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*: quibus verbis com-

Giſlerius ibi. munioriſenſu, ſub Eccleſiaſtici colli metaphora commendantur ſancti ejuſdem Eccle-

Caſiodor. ibi. ſiæ Præſules, atq; Doctores. Sed tamẽ Caſiodori commentũ, quaſi pro noſtro Lullo dictũ, auſcultate: *Turri David hos*, inquit, *cõparari; quia quaſi ſemper in bello ſunt pro defenſione S. Eccleſiæ pugnantes. Per turrim David, ideſt Chriſti, manu fortis, vel viſu deſiderabilis*, (hæc enim duo ſignificat nomen David:) *illos ſignificatos eſſe, qui vel ſcientia, vel operationis perfectionẽ cæteris præeminent. Per propugnacula, divinarum ſcripturarum ſacramenta, de quibus veluti jacula procedunt, quibus adverſariæ repelluntur poteſtates. Per mille clypeos, innumera intelligi divinæ defenſionis præſidia, quibus ſancta vallatur, ac defenditur Eccleſia. Per omnem armaturam fortium, omnem inſtructionẽ, vel ſanctæ operationis, vel divinæ prædicationis.* Quid congruentius Lullo?

Quis, tandem, in dubium veniat, Illuminatii Doctoris ſcientiam é ſuperno prodiiſſe ſinu? Cum de idipſo fari liceat, quod de A-

Ambroſi. ſerm. 66. Nazian. orat. 2. poſtolo Nazianzenus, & Ambroſius ſuaviter buccinarunt: *Clavem*, affatur hic, *quodammodó ſcientiæ, & Paulus accepit*. Et ille: *non otioſé*

Divi-

Divinus ille oculus Crucis, figuram contemplatus eſt. Si ergo Paulus attento Crucis patibulum intuens animo clavem ſcientiæ adeptus eſt: Dilectuſqué ille alter Domini Iesv de Sacro Dominici pectoris fonte Evangelij fluenta ſopitus potavit; eiqué Cæleſtia revelata ſunt ſecreta: Beatum Raymundum Cruci addictum, & in ea quieſcentem, ac tanta veluti ſoporatum bonitate (paſsim, *O Bonitas*, eructando) quid aliud ex tali Magiſtri docentis rivulo, quám divinam ſuxiſſe doctrinam fateamur?

Regnet igitur, iterúm, iterumqué perennet; in lucem prodeat inæſtimabilis codex iſte: ac hujuſce operis Perilluſtri Illuſtratori omnimodam deferant ſæcula laudem: quidni de illo, quod Marcus Tullius pro Archia, iactem: *Niſi Ilias extitiſſet, idem tumulus, qui Achillis corpus contexerat, nomen quoq; obruiſſet.* Hic meus de iſto libro conſenſus ſub die 6. Menſis Octobris, elabentis Dñi anni 1688. Cicero pro Archia.

Dr. Dn. Franciſcus de Togores.

Attenta approbatione Nob. Doctoris D. Franciſci de Togoras Almæ Sedis Maioricarũ Canonici Perilluſ. Imprimatur.

D. Melchior Siſternes Regens.

EPISTOLA
AD
SANCTISSIMVM
PATREM
INNOCENTIVM XI.

TErgeminæ Pallas verax accepta coronæ
Extet Tritonis, provida gnata Iovis.
Orbibus, hac praxi, ternis tria mira miniſtra
Artis apex magnæ 4. figura cita.
Ima ſuperficies tangit terrena rotarum,
Altivolans triplex Inſula datque tria.
Vt volucrum Princeps ſætus in lumina Phœbi,
In rutilas luces, altiſonaſque vehit.
Dat Radium mundo ſummi Iovis armiger ales:
Eccleſiæ gladium Palladis arma gerens.
Amplificatq; fidem Phœbeâ Lampade clarâ;
Argutis oculis emicat alta fides.
Ad ſublime levis mentes attollit ab imis
Gnara volubilitas, numine nata, rotæ.
Suſcipiat Lulli curas Inocentius almus
Vndecimus; Lulli ſit benè gratus amor.

APOSTROPHE RAYMVNDI,

AD SVMMVM PONTIFICEM BONIFACIVM VIII.

EPISTOLA.

SVſcipiat ſublimis apex reverenda corona
Ecceſiæ: quod S Fides Romana miniſtrat
Vndiq; per latium mundi per clymata cuncta
Gentibus, & populis: tu qui Bonifacius eſſe
Diceris Octavus, qui Petri ſede reſulges.
Vt pean Cæli ſolio ſuper omnia cuius
Lumen ades: digneris opus breve ſumere miſſum.
Articulos fidei producens ordine pleno.
Illos atque probans rationum motibus omnes.
Aliis concludens præmiſsis inde duabus.
Si quid in his poſitum non eſſet: vt eſſe liceret:
Illud corripiat veſtræ ſolertia limæ.
Omnia non omnes poſſunt vbicunque videre.
Ac Mageſtati veſtræ Raymundus in illis
Evigilans ſtuduit: ſupplex & talia vobis
Scripſit. Vt in robur fidei pertranſeat iſtud.



INCIPIT TEXTVS APOSTROPHES BEATI MARTYRIS RAYMVNDI LVLLI BALEARIS

INTRODVCTIO.

ALIQVI Chriſtiani, & magni in ſcientia nominati, quod pudendũ, & plorandum eſt: dicunt quod Fides Sancta Catholica, eſt magis improbabilis quam probabilis: inde ſequitur infamia magna apud infideles, qui ex hoc credunt fidem noſtram eſſe nullam, & fortè aliqui Chriſtiani contra dictam fidem ſiniſtrè ſuſpicantur. Vlterius aliqui dicunt, & aſſerunt, quod fides eſt vera: ſed ſecundum modum intelligendi videtur non eſſe vera. Vnde adiuvante Sancto Spiritu conabimur quantum poterimus probare quod dicta fides ſit vera, & probabilis. Dicunt etiam quod fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum, & ideo dicunt, quod non eſt bonum probare fidem, vt non amittatur meritum. Aſſerentes autem iſta, & dogmatizantes quamquam magnos ſe reputent: & quod

peius eſt ab aliis reputent; oſtendunt ſe manifeſtiſsime ignorantes. Quia aut intendunt dicere quod ipſa fides in ſe ſit magis improbabilis quam probabilis, & etiam quantum ad Deum: videlicet quod magis ſit improbabile ipſam eſſe á Deo, quam non eſſe á Deo, & in hoc caſu nullus debet tali fidei quæ in ſe, & quãtum ad hoc quod ſit á Deo eſt magis improbabilis quam probabilis adhærere, nec, non adhærendo poteſt á iuſto Iudice condemnari; imó adhærendo ſtultus eſt: eo quód facit contra rationem improbabilitati adhærendo, & probabilitatem deſerendo. Aut intendunt dicere quod ipſa fides in ſe, eſt magis improbabilis quã probabilis; ſed probabile quod ſit á Deo: & in hoc caſu ſi probabile eſt, quod ſit á Deo: ſequitur, quod ipſa eſt probabilis: & ſi eſt verum quod ſit á Deo: ipſa eſt vera, & neceſſaria. Cum enim Deus ſit ſumma veritas, & ſumma ſapientia quæ non fallit nec fallitur ipſe, dicit illã eſſe, ergo eſt veriſsimum. Si enim cuilibet experto in ſua ſcientia credendum eſt, ergo multo plus expertiſsimo, & ſapientiſsimo in omnibus. Nec tertium poſſunt dicere, vt poté quod ipſa eſt probabilis; ſed quod ſit á Deo, hoc eſt magis improbabile, quam probabile; dum enim fides Catholica iubeat Deum diligi ſuper omnia; & perfectiones divinas ponat in ſuperlativo gradu perfectionis, & extirpet vitia, inſerendo virtutes in altiori gradu perfectionis qui dari poſsit: & per conſequens ſit bona, & optima, & omne bonum ſit á Deo tam-

quam

quam á ſummo bono, ſequitur neceſſario quod ipſa ſit á Deo: ergo eſt neceſſaria. Si autem detur quartū membrum, ſcilicet quod vtroque modo ſit magis probabilis: tunc magis apertus eſt error eorum: & tum zelus noſter noſtraque totalis intentio ſit omnino circa defenſionem fidei: idcirco.

Nos Magiſter Raymundus Lullus hanc ſchedulam legamus religioſis, & ſæcularibus ſapientibus, & diſcretis; vt videant, ac diligentiſsimé perſcrutentur prædicta, ac etiam ſi infraſcripta conſequentia de neceſſitate contineat veritatem: videlicet quod aliqui magiſtri in Theologia aſſerunt, ſeu teſtantur: quod quæcumque obiectio propoſita contra fidem Catholicam Sacroſanctam, poteſt ſolvi per neceſſarias rationes, ſcilicet intelligendo ipſarum rationum conſequentias. Manifeſté ſequitur ergo quod Sancta Fides Catholica poſsit iuxta eorum teſtimonium per rationes neceſſarias approbari: & hoc per modum intelligendi, non tantummodo per modum credendi. Si quis autem dixerit huiuſmodi conſequentiam quam facimus non attingere veritatem, cogitur dicere quod prædicta Magiſtrorum ratio ſit inanis, & quod principium ſit primum per ſe conſequens, & poſterius per ſe antecedens: & quod in argumento minor propoſitio ſit antecedens, & maior conſequens: quod eſt impoſsibile, & extra naturam intellectus. Rogat etiam Raymundus Religioſos, & ſæculares ſapientes, vt videant, ſi rationes quas ipſe facit cōtra Sarracenos approbādo

fid.m Catholicā habeant veritatē, quia ſi fortè aliquis ſolveret rationes quæ per Sarracenos contra Fidē Catholicā opponuntur; cum tamen ipſæ rōnes quæ fiunt pro eadē, ſolvere non valerēt, fortificari Sarraceni valde litterati, & ſapientes, ſe facerēt Chriſtianos. Siquis autē dixerit, quod obiectiones, quæ poſſunt fieri cōtra fidē poſſunt ſolvi per rationes neceſſarias:, & probationes quæ poſſunt fieri pro fide poſſunt frangi per rōnes neceſſarias: dicimus quod implicat contradictionem quæ ſtare non poteſt: quia duæ concluſiones circa idē cōtrariæ ſtare nōpoſſunt. Et de hoc ſubiungimus hoc exemplū: vbicunq; eſtgeneratio, eſt & corruptio, ſed in Deo eſt generatio, ergo in Deo eſt corruptio. Qui autē intendit improbare per neceſſarias rationes quod corruptio nō eſt in Deo:& ipſū oportet tenere, quod generatio eſt in Deo, oportet etiam de neceſsitate quod ſciant generationem eſſe in Deo. Hoc idem dici poteſt de iſtis maximis: vbicunque eſt principium eſt tempus, vbicumque eſt productio eſt ſucceſsio; omne agens agit cum motu: de nihilo nihil fit: nullum infinitum poteſt eſſe finitum, qui non intelligit particularia, non poteſt intelligere ſe ipſum: nulla virgo poteſt parere, nullum agens agit ſine inſtrumento, nullum novum eſt perpetuale, vbicunque eſt prioritas eſt poſterioritas, nullum ens exiſtens actus purus eſt multiplicabile, nullum ens poteſt perficere perfectum, nullum intelligibile eſt intellectum, vbicunque ſunt plura ibi eſt compoſitio, nullus homo mortuus poteſt

idem numero idem actu reſurgere, nullum corpus poteſt eſſe in pluribus locis in eodem tempore, nullum accidẽs poteſt eſſe ſine ſubiecto: nulla operatio poteſt eſſe infinita, in nulla Æternitate eſt Æternabile. Multas alias maximas poſſumus invenire, ſed iſtas ponimus, quia qui ipſas poteſt ſolvere per rationes neceſſarias, oportet quod ſciat principia primitiva, cum quibus ſolvat prædictas maximas, vt ſupra ſignificatum. Sed prædicta aſſerentes, oſtendunt ſe ignorare Deum eſſe, & quũ eſt Deus, Deum vnũ eſſe eſt neceſſarium, & demoſtrabile magis neceſſaria demõſtratione quã fit aliqua demonſtratio Mathematica. Licet enim non dicant demonſtrationem potiſsimã eſſe, niſi illã in qua probatur paſsio de proprio ſubiecto, tamen certum eſt, quod etiam in tali demonſtratione præmiſſæ ſunt magis neceſſariæ, veræ, & notæ quam concluſio. Alias ex eis non probaretur, notificaretur, aut neceſsitaretur concluſio: ergo ratio quæ per propoſitiones neceſſarias, & ſubſtantiales concludet vnã concluſionem ſubſtantialem in qua prædicetur aliquid ſubſtantiale de ſubiecto, vt ſubſtantia de homine, quæ quidem concluſio habeat ita neceſſario aliquem modum dicendi per ſe, ſicut vna præmiſſarum demonſtrationis concludentis paſsionem de proprio ſubiecto erit magis neceſſaria, quam illa quæ concludet paſsionem de ſubiecto, vt iſta: omne illud quod per ſe ſtat, & ſubſtat accidentibus eſt ſubſtantia; homo ſtat per ſe, & ſubſtat accidentibus, ergo homo eſt ſubſtantia. Iſta

ratio, vel ſylogiſmus eſt magis neceſſarius, quam illc in quo concluditur omnis homo eſt riſibilis: & iſta, omnis figura trilatera eſt figuta, Triangulus eſt figura trilatera, ergo triangulus eſt figura: iſta eſt magis neceſſaria ratio, quã illa in qua concluditur, quod triãgu lus habet tres, &c. cuius ratio eſt, quia ſubſtantialia quæ conſtituunt ſubiectum, ſunt magis de neceſſitate ſubiecti quam accidentia. Sicut quartus modus dicendi per ſe, & primus ſunt magis neceſſarii, & evidentes quam ſecundus. Vlterius admirandum eſt, cũ dicant quod demonſtratio propter quid, eſt quando concluditur paſsio de ſubiecto: quare hoc dicentes nõ conſideraverunt, quod cum cuilibet ſubiecto conveniat propria actio, & ſicut propria paſsio, & propria actio habeat ita neceſſarias cauſas, & evidentes ſicut propria paſsio, & multo plus; ſiquis bené conſuleret, quod actio eſt nobilior paſsione: & quare non dixerũt demonſtrationem potiſsimã quando probatur propria actio de proprio ſubiecto. Hoc dictũ eſt contra illos qui tantum arctant, & malé vocabulum demonſtrationis reſumẽtes, ergo vnde fuit ſermo prius, dicimus, quod prædicta dogmatizantes oſtendunt ſe ignorare Deum eſſe, & quid eſt Deus. Nam manifeſtato, & probato quod Deus ſit, & quid ſit, hoc eſt quæ ſunt eius perfectiones, & dignitates; ſequitur articulos fidei Chriſtianæ non ſolum eſſe plus probabiles quam improbabiles: imó eos eſſe veros, & neceſſarios: quod in pluribus noſtris libris probamus.

DEVS IN VIRTVTE TVA SPERANTES, & de tua gratia cõfidentes, incipimus probare Art. Fidei Catholicæ per neceſſarias rationes.

AD probationem articulorum fidei accedentes, antequam probemus Deum eſſe vnum tantum; intendimus probare Deum eſſe: ad probandum autem Deum eſſe, oportet præcognocere, quid eſt quod dicitur per hoc nomen Deus, & dicimus quod tã ſciẽtes quã minus ſcientes, quaſi pro regula, & vt naturaliter notum tenent: quod hoc nomen Deus ſignificat ens, quod eſt ſummé, & infinité bonum, & bonitas; magnum, & magnitudo; æternum, & æternitas; potens, & poteſtas, ſapiens, & ſapientia; volens, & voluntas; virtuoſum, & virtus; verum, & veritas; glorioſum, & gloria: habens in ſe omnem perfectionem infinitã, & in ſummo abſq; aliqua imperfectione: in hoc enim omnes intelligentes conveniunt, ſicut in principio communi, & per ſe noto, quod Deo attribuunt quidquid altius, nobilius, & perfectius poteſt cogitari. Si tamen negaretur nobis, quod hoc nomen Deus nõ ſignificat hoc quod diximus, nobis ſufficit probare, quod ſit dare tale ens, quale deſcripſimus; & de nomine contendere non intendimus. Et quod ſit dare tale ens per quinque rationes probare intendimus, omittentes multas alias gratia brevitatis huius operis: & primo probabimus quod ſit dare tale ens ſummum in bonitate, & ſummé bonum.

Quod ens ſummè bonum ſit.

Ratio. SI ſummum bonum eſt, ſummum malum non eſt: & ſi ſummum malum eſt, ſummũ bonum non eſt: quia duo; & maximé quæ ſunt contraria non poſſũnt eſſe ſumma ſimpliciter: eo enim quod ponitur eſſe duo ſumma, ſequitur quod neutum duorum eſt ſummum ſimpliciter: ſi autem ponatur ſummum bonum non eſſe, ſequitur quod ſua privatio eſt ſummé mala, quia ſicut poſitio ſummi boni eſt ſummé bona: ita privatio ſummi boni, eſt ſummé mala; his præmiſsis.

Oſtenſive ſylogizamus ſic: omne illud, cuius præſentia eſt ſummum bonum, & ſua abſentia eſt ſummé mala, omné tale eſſe eſt neceſſarium: cum bonum & eſſe conveniant; & malum, & non eſſe; aliter non eſſe, & privatio eſſent actualiora, meliora, & perfectiora eſſe, & actu, quod eſt contradictio: & per conſequens ſummum bonum erit ſummum eſſe, & ſummum malum erit ſummum non eſſe: alias quodcumque bonum non ſummum eſſet melius ſummo, vel ſaltẽ æquale: ſed præſentia ſummi boni eſt ſummũ bonũ; cũ ponat ſummũ bonũ, & privet ſummũ malum: ſua etiam abſentia eſt ſummé mala; cum dicat privationem ſummi boni, & affirmet ſummum malum, vt probatum eſt: ergo ſequitur ſummum bonum eſſe neceſſarium: imó ſi ratio ſubtiliter conſideretur ſequitur, quod ſolum ſummum bonum eſſe,

eſt neceſſarium; cum ſolum ſummum bonum, & ſummum eſſe conveniant: & ſolum ſummum eſſe ſit ſimpliciter, & vnicé neceſſarium; alias non eſſet ſummum, nec aliquod eſſe eſt ſummum niſi ſit neceſſariũ: tale autem ſummum bonum dicimus Deum: ergo Deum eſſe eſt neceſſarium.

Quod ſit dare ens infinité magnum.

Ratio. OMnis res quanto magis accedit ad eſſe; & quanto magis participat entitatis; tanto maior, & melior eſt: ſed ſi nullũ ens eſt infinité magnũ; & õne ens eſt finité magnũ; ens finité magnũ nobilius eſt, quia eſt, quã ens infinité magnũ, qđ nõ eſt. Et ſi ſic; ſequitur, qđ quãto res erit magis finita; tãto magis accedet ad eſſe, & maior, & melior erit: cũ ergo pars ſit magis finita ſuo toto, erit maior, & melior ſuo toto: ergo pars nõ erit pars, imó totũ; nec totũ, imó pars: ſed hoc eſt falſum, & impoſsibile; quia contradictio: ergo id ex quo ſequitur, eſt falſum, & impoſsibile: ſequitur autem ex hoc, quod ponitur ens infinité magnum non eſſe: ergo ens infinité magnum non eſſe, eſt impoſsibile: ergo ens infinité magnum eſſe eſt neceſſarium.

Oſtenſivé ſylogizamus ſic: omne ens quanto maius eſt, tanto de neceſsitate plus participat entitatis, ſed ens infinité magnum maius eſt de neceſsitate ente finité magno: ergo de neceſsitate plus participat entitatis, cum ergo ens finité magnum ſit: ens

infinité magnum eſſe eſt neceſſarium; tale autem ens dicimus Deum, qui eſt infinitus: ergo Deum eſſe eſt neceſſarium.

Quod ens æternum ſit.

Ratio. OMne ens eſt æternum, vel non æternum: ſed ens quod non eſt æternum, eſt principiatum: ens autem principiatum, non potuit principiare ſeipſum; quia eſſet antequam eſſet: ergo cum experiamur, multa entia eſſe principiata, oportet ens æternum eſſe, á quo ſint principiata: alias ſi non eſſet æternum, nec etiam principiatum; & ſic nihil eſſet: ſed nihil eſſe, eſt impoſsibile: ergo id ex quo ſequitur: ſequitur autem ex hoc, quod ponitur ens æternum non eſſe: ergo ens æternum non eſſe eſt impoſsibile: ergo ens æternum eſſe eſt neceſſarium.

Oſtenſivé ſylogizamus ſic: omnis exiſtentia entis principiati præſupponit de neceſsitate ens æternum eſſe, vt probatum eſt; ſed ens principiatum eſt: ergo de neceſsitate ens æternum eſt: tale autem ens dicimus eſſe Deum: ergo Deum eſſe, eſt neceſſarium. Si vero dicatur quod id ens æternum poteſt eſſe mundus, vel aliquid aliud á Deo: hoc eſt falſum: nam ſicut bonitas divina non patitur eſſe aliquod bonum aliud á ſe, æquale ſibi in bonitate; eo quia ſumma eſt: ſimiliter nec æternitas divina: eo quia eſt ſumma in duratione: quia ſummitas ex ſui natura non compatitur pluralitatem: quia ratione ſummitatis dicit ſingularitatem, & contradicit pluralitati. Et etiam iſtam

obiectionem diſſolvemus infra vbi probabimus: quod nihil poteſt eſſe æternum, niſi ſolus Deus.

Quod ens infinitum in Poteſtate ſit.

Ratio. SI nō eſt dare ens infinitū & ſummum in poteſtate; omne ens eſt finitum in Poteſtate: & ſi ſic, nihil eſt æternum; quia quod eſt æternum, eſt infinitum in duratione. quod autem infinitum eſt in duratione, habuit, habet, & habebit poteſtatem ad durandum in infinitum: talis autem poteſtas potuit in infinita præterita: quia in quantum poteſtas fuit infinita, & potuit infinitum: ergo vel eſt dare ens poteſtate infinitum; vel oportet dare, quod non ſit ens æternum: ſed ſi non eſt ens æternum, non eſt ens non æternum, vt ſupra probatum eſt: quia nulla res poteſt principiare ſe ipſam, & ſic nihil eſt: ſed nihil eſſe eſt falſum; & impoſsibile: ergo id ex quo ſequitur: ſequitur autem ex hoc, quod ponitur ens infinitum in poteſtate non eſſe: ergo ens infinitum in poteſtate nō eſſe eſt impoſsibile: ergo ens infinitum in poteſtate eſſe, eſt neceſſarium: tale autem ens dicimus Deum: ergo Deum eſſe, eſt neceſſarium.

Quod ens ſummum in Virtute ſit.

Ratio. OMne ens quanto magis habet virtutis; tāto magis appropinqnat ſe ad immenſitatē, & ſummitatem virtutis; ſed quanto magis appropinquat ſe ad immenſitatem, & ſummitatem virtutis,

Ratio. Præterea ſi ſunt plures dii, ſunt plura entia in-
2. finita: cum probatum ſit, quod Deus eſt ens infinitum: ſed plura entia infinita eſſe , eſt impoſsibile; quia ſi eſſent plura infinita, vnum eſſet extra aliud; & cum infinitum dicatur quod nulla menſura menſurari poteſt, menſura vnius non comprehenderetur á menſura alterius, & ſic vna menſura, aliam ſupergrederetur, & ita neutrum eſſet infinitum;cum extra infinitum nihil ſit: ergo eſt impoſsibile plures Deos eſſe; eſt ergo vnus Deus tantum.

Ratio. Item in Deo ſunt idẽ realiter ſua bonitas, ſua
3. magnitudo, æternitas, poteſtas, &c. & inter iſtas eſt ſũma concordantia, ſũma vnitas, ſumma idẽtitas, vt probatum eſt; ſed bonitas divina ratione ſuæ nobilitatis, & ſummitatis non compatitur eſſe aliquod bonum aliud á ſe, æquale ſibi in bonitate: ergo nec æternitas divina compatitur aliquod ens aliud á ſe eſſe ſibi æquale in æternitate, ſive in duratione: eo quia eſt ſumma in duratione: ſed ſi ſunt plures dii, ſunt plura entia æterna ; ergo impoſsibile eſt plures Deos eſſe.

Ratio. Vlterius ſi ſunt plures dii, ſunt plures, omni-
4. potẽtes; ſed plures omnipotẽtes eſſe, eſt impoſsibile: ergo plures Deos eſſe, eſt impoſsibile: ergo tantum vnum Deum eſſe eſt neceſſarium: quod autem ſit impoſsibile plures omnipotentes eſſe, patet: nam aut potentia vnius eſt potẽtia alterius; & ſic nõ ſunt eſſentialiter plures omnipotentes, ſed vnus tantum : aut potentia vnius non eſt potentia alterius; ſed ſunt

potentiæ diverſæ, & ſic nullus eſt omnipotens ex quo quod poteſt vnus; non poteſt alius. Et ſimiliter quia neuter illorum poteſt non dominari ab alio; cum cuilibet competat dominari quidquid eſt: ideo neuter illorum erit dominus, nec omnipotens.

Ratio. 15. Item impoſsibile eſt eſſe plura entia õni perfectione perfecta; ſed ſi ſunt plures dii ſunt plura entia omni perfectione perfecta; cum ita ſit quod intelligamus Deum omni perfectione perfectum: igitur impoſsibile eſt plures Deos eſſe: ergo tantum vnum Deum eſſe eſt neceſſarium. Quod autem impoſsibile ſit, eſſe plura entia omni perfectione perfecta; patet; nam ſi in quolibet eſſet omnis perfectio; quidquid perfectionis eſſet in vno, eſſet & in alio: ergo eſſet in omnibus vna, & eadem perfectio: non ergo ſunt plura in perfectione, nec plura perfecta; ſed vnum. Si autem dicatur quod perfectio quæ eſt in vno; non eſt in alio, tunc in nullo erit omnis perfectio; imó cuilibet deficiet omnis perfectio ex quo in quolibet ponitur omnis perfectio.

QVOD IN DEO SIT PERSONARVM PLVRALITAS.

Et primo quod ſint duæ perſonæ, quod eſt ſecundus Articulus.

Ratio. 1. NON minoris poteſtatis, actualitatis, & nobilitatis eſt bonitas infinita; quam bonitas finita: ſed bonitas finita eſt ratio bono finito,

ratio, vel ſylogiſmus eſt magis neceſſarius, quam ille in quo concluditur omnis homo eſt riſibilis: & iſta, omnis figura trilatera eſt figuta, Triangulus eſt figura trilatera, ergo triangulus eſt figura: iſta eſt magis neceſſaria ratio, quã illa in qua concluditur, quod triãgulus habet tres, &c. cuius ratio eſt, quia ſubſtantialia quæ conſtituunt ſubiectum, ſunt magis de neceſſitate ſubiecti quam accidentia. Sicut quartus modus dicendi per ſe, & primus ſunt magis ueceſſarii, & evidentes quam ſecundus. Vlterius admirandum eſt, cũ dicant quod demonſtratio propter quid, eſt quando concluditur paſsio de ſubiecto: quare hoc dicentes nõ conſideraverunt, quod cum cuilibet ſubiecto conveniat propria actio, & ſicut propria paſsio, & propria actio habeat ita neceſſarias cauſas, & evidentes ſicut propria paſsio, & multo plus; ſiquis bené conſuleret, quod actio eſt nobilior paſsione: & quare non dixerũt demonſtrationem potiſsimã quando probatur propria actio de proprio ſubiecto. Hoc dictũ eſt contra illos qui tantum arctant, & malé vocabulum demonſtrationis reſumẽtes, ergo vnde fuit ſermo prius, dicimus, quod prædicta dogmatizantes oſtendunt ſe ignorare Deum eſſe, & quid eſt Deus. Nam manifeſtato, & probato quod Deus ſit, & quidiſit, hoc eſt quæ ſunt eius perfectiones, & dignitates; ſequitur articulos fidei Chriſtianæ non ſolum eſſe plus probabiles quam improbabiles: imó eos eſſe veros, & neceſſarios: quod in pluribus noſtris libris probamus.

DEVS

DEVS IN VIRTVTE TVA SPERANTES, & de tua gratia cõfidentes, incipimus probare Art. Fidei Catholicæ per neceſſarias rationes.

AD probationem articulorum fidei accedentes, antequam probemus Deum eſſe vnum tantum; intendimus probare Deum eſſe: ad probandum autem Deum eſſe, oportet præcognocere, quid eſt quod dicitur per hoc nomen Deus, & dicimus quod tã ſciẽtes quã minus ſcientes, quaſi pro regula, & vt naturaliter notum tenent: quod hoc nomen Deus ſignificat ens, quod eſt ſummé, & infinité bonum, & bonitas; magnum, & magnitudo; æternum, & æternitas; potens, & poteſtas, ſapiens, & ſapientia; volens, & voluntas; virtuoſum, & virtus; verum, & veritas; glorioſum, & gloria: habens in ſe omnem perfectionem infinitã, & in ſummo abſq; aliqua imperfectione: in hoc enim omnes intelligentes conveniunt, ſicut in principio communi, & per ſe noto, quod Deo attribuunt quidquid altius, nobilius, & perfectius poteſt cogitari. Si tamen negaretur nobis, quod hoc nomen Deus nõ ſignificat hoc quod diximus, nobis ſufficit probare, quod ſit dare tale ens, quale deſcripſimus; & de nomine contendere non intendimus. Et quod ſit dare tale ens per quinque rationes probare intendimus, omittentes multas alias gratia brevitatis huius operis: & primo probabimus quod ſit dare tale ens ſummum in bonitate, & ſummé bonum.

eſt neceſſarium; cum ſolum ſummum bonum, & ſummum eſſe conveniant: & ſolum ſummum eſſe ſit ſimpliciter, & vnicé neceſſarium; alias non eſſet ſummum, nec aliquod eſſe eſt ſummum niſi ſit neceſſariũ: tale autem ſummum bonum dicimus Deum: ergo Deum eſſe eſt neceſſarium.

Quod ſit dare ens infinité magnum.

Ratio. OMnis res quanto magis accedit ad eſſe; & quanto magis participat entitatis; tanto maior, & melior eſt: ſed ſi nullũ ens eſt infinité magnũ, & õne ens eſt finité magnũ; ens finité magnũ nobilius eſt, quia eſt, quã ens infinité magnũ, qđ nõ eſt. Et ſi ſic; ſequitur, qđ quãto res erit magis finita; tãto magis accedet ad eſſe, & maior, & melior erit: cũ ergo pars ſit magis finita ſuo toto, erit maior, & melior ſuo toto: ergo pars nõ erit pars, imó totũ; nec totũ, imó pars: ſed hoc eſt falſum, & impoſsibile; quia contradictio: ergo id ex quo ſequitur, eſt falſum, & impoſsibile: ſequitur autem ex hoc, quod ponitur ens infinité magnum non eſſe: ergo ens infinité magnum non eſſe, eſt impoſsibile: ergo ens infinité magnum eſſe eſt neceſſarium.

Oſtenſivé ſylogizamus ſic: omne ens quanto maius eſt, tanto de neceſsitate plus participat entitatis, ſed ens infinité magnum maius eſt de neceſsitate ente finité magno: ergo de neceſsitate plus participat entitatis, cum ergo ens finité magnum ſit: ens

infinité magnum eſſe eſt neceſſarium; tale autem ens dicimus Deum, qui eſt infinitus: ergo Deum eſſe eſt neceſſarium.

Quod ens æternum ſit.

Ratio. OMne ens eſt æternum, vel non æternum: ſed ens quod non eſt æternum, eſt principiatum: ens autem principiatum, non potuit principiare ſeipſum; quia eſſet antequam eſſet: ergo cum experiamur, multa entia eſſe principiata, oportet ens æternum eſſe, á quo ſint principiata: alias ſi non eſſet æternum, nec etiam principiatum; & ſic nihil eſſet: ſed nihil eſſe, eſt impoſsibile: ergo id ex quo ſequitur: ſequitur autem ex hoc, quod ponitur ens æternum non eſſe: ergo ens æternum non eſſe eſt impoſsibile: ergo ens æternum eſſe eſt neceſſarium.

Oſtenſivé ſylogizamus ſic: omnis exiſtentia entis principiati præſupponit de neceſsitate ens æternum eſſe, vt probatum eſt; ſed ens principiatum eſt: ergo de neceſsitate ens æternum eſt: tale autem ens dicimus eſſe Deum: ergo Deum eſſe, eſt neceſſarium. Si vero dicatur quod id ens æternum poteſt eſſe mundus, vel aliquid aliud á Deo: hoc eſt falſum: nam ſicut bonitas divina non patitur eſſe aliquod bonum aliud á ſe, æquale ſibi in bonitate; eo quia ſumma eſt: ſimiliter nec æternitas divina: eo quia eſt ſumma in duratione: quia ſummitas ex ſui natura non compatitur pluralitatem: quia ratione ſummitatis dicit ſingularitatem, & contradicit pluralitati. Et etiam iſtam obiec-

obiectionem diſſolvemus infra vbi probabimus: quod nihil poteſt eſſe æternum, niſi ſolus Deus.

Quod ens infinitum in Poteſtate ſit.

Ratio. SI nō eſt dare ens infinitũ & ſummum in poteſtate; omne ens eſt finitum in Poteſtate: & ſi ſic, nihil eſt æternum; quia quod eſt æternum, eſt infinitum in duratione. quod autem infinitum eſt in duratione, habuit, habet, & habebit poteſtatem ad durandum in infinitum: talis autem poteſtas potuit in infinita præterita: quia in quantum poteſtas fuit infinita, & potuit infinitum: ergo vel eſt dare ens poteſtate infinitum; vel oportet dare, quod non ſit ens æternum: ſed ſi non eſt ens æternum, non eſt ens non æternum, vt ſupra probatum eſt: quia nulla res poteſt principiare ſe ipſam, & ſic nihil eſt: ſed nihil eſſe eſt falſum, & impoſsibile: ergo id ex quo ſequitur: ſequitur autem ex hoc, quod ponitur ens infinitum in poteſtate non eſſe: ergo ens infinitum in poteſtate nõ eſſe eſt impoſsibile: ergo ens infinitum in poteſtate eſſe, eſt neceſſarium: tale autem ens dicimus Deum: ergo Deum eſſe, eſt neceſſarium.

Quod ens ſummum in Virtute ſit.

Ratio. OMne ens quanto magis habet virtutis; tãto magis appropinquat ſe ad immenſitatẽ, & ſummitatem virtutis; ſed quanto magis appropinquat ſe ad immenſitatem, & ſummitatem virtutis;

tanto magis appropinquat ſe ad nihil; ſi non eſt dare ens immenſum, & ſummum in Virtute; quia appropinquat ſe ad id quod nihil eſt; quanto autem magis appropinquat ſe ad nihil, tāto minus eſt; ergo á primo ad vltimum quanto ens magis habet virtutis, tantó minus habet virtutis: quia quod modicum eſt habet eſſentiam, & modicam virtutem: ſed hoc eſt falſum, & impoſsibile, quia contradictio: ergo id ex quod ſequitur: ſequitur autem ex hoc quod ponitur ens ſummum in virtute non eſſe: ergo ens ſummum in virtute non eſſe, eſt impoſsibile: ergo ens ſummum in virtute eſſe eſt neceſſarium: tale autem ens dicimus Deum: ergo Deum eſſe eſt neceſſarium.

Ex præmiſsis colligitur, quod ens, quod eſt ſummum in bonitate, infinitum in magnitudine, æternũ in duratione, immenſum in poteſtate, & virtuté, eſt ſummé ſapiens, & ſumma veritas, aliter non eſſet ſũmé bonum; caret etiam principio, & fine: alias non eſſet eſſentialiter æternum. Eſt ſummé ſimplex: quia ſi eſſet in eo compoſitio, eſſet naturaliter diviſibile; & per conſequens mutabile; & poſſet non eſſe; & ſic nó eſſet æternum, nec ſimpliciter primum; eſt etiam infinitum in virtute; in omni perfectione perfectum; & primum omnium; aliter non eſſet ſummé potens, & omnipotens. Eſt finis omnium; aliter ſi omnia non ordinaſſet ad ſe; non eſſet ſummé ſapiens, nec ſummé bonum; eſt etiam purus actus, ſcilicet pura forma: quia ſi in eo eſſet aliquid potentialitatis, ſcilicet materiæ

riæ: eſſet in eo compoſitio, & naturæ diverſitas: patet etiam, quod omnes iſtæ rationes ſcilicet bonitas, magnitudo, æternitas, poteſtas, ſapientia, voluntas, virtus, veritas, gloria, & ſimilia ſunt in eo realiter; aliter non eſſet verum, perfectum, bonum, magnum, &c. & quod iſtæ rationes in eo ſunt vnum, & idem, vna eſſentia, & natura: ſi enim differrent; ſcilicet realiter, non eſſet tale ens totum bonum, totum magnum, & ſic de aliis rationibus; ſua etiã potentia eſt ſua eſſentia; aliter eſſet in eo differentia: eſt etiã ab ipſo omne eſſe, & omne poſſe; alias non eſſet ſumma eſſentia, ſumma potentia. Et ſi ab ipſo eſt omne eſſe, & omne poſſe, quidquid habet, quidquid poteſt; & habet, & poteſt á ſe ipſo: probavimus ergo de neceſsitate eſſe tale ens, quale deſcripſimus; & per conſequens Deum eſſe de neceſsitate.

Quod ſit vnus Deus tantum, quod eſt Primus Art.

PRobato, quod ſit de neceſsitate, tale ens, quale deſcripſimus, quod quidem ens dicimus Deum eſſe; probamus, quod non ſit niſi vnus Deus.

Ratio. Illud ens eſt ſummé bonũ, quod eſt ſupra õne bonũ; ſed ſuperius probavimus qđ de neceſsitate, eſt tale ens ſummé bonum: ergo ipſum eſt ſupra omne bonum: non eſſet autem ſupra omne bonum, ſi eſſent duo, vel plura ſumma bona; quia ſummũ ſũmo non eſt maius: ergo eſt tantũ vnũ ſummũ bonũ: ergo eſt tantũ vnus Deus.

Ratio. 2. Præterea ſi ſunt plures dii, ſunt plura entia infinita: cum probatum ſit, quod Deus eſt ens infinitum: ſed plura entia infinita eſſe, eſt impoſsibile; quia ſi eſſent plura infinita, vnum eſſet extra aliud; & cum infinitum dicatur quod nulla menſura menſurari poteſt, menſura vnius non comprehenderetur á menſura alterius, & ſic vna menſura, aliam ſupergrederetur, & ita neutrum eſſet infinitum; cum extra infinitum nihil ſit: ergo eſt impoſsibile plures Deos eſſe, eſt ergo vnus Deus tantum.

Ratio. 3. Item in Deo ſunt idē realiter ſua bonitas, ſua magnitudo, æternitas, poteſtas, &c. & inter iſtas eſt ſūma concordantia, ſūma vnitas, ſumma idētitas, vt probatum eſt; ſed bonitas divina ratione ſuæ nobilitatis, & ſummitatis non compatitur eſſe aliquod bonum aliud á ſe, æquale ſibi in bonitate: ergo nec æternitas divina compatitur aliquod ens aliud á ſe eſſe ſibi æquale in æternitate, ſive in duratione: eo quia eſt ſumma in duratione: ſed ſi ſunt plures dii, ſunt plura entia æterna; ergo impoſsibile eſt plures Deos eſſe.

Ratio. 4. Vlterius ſi ſunt plures dii, ſunt plures, omnipotētes; ſed plures omnipotētes eſſe, eſt impoſsibile: ergo plures Deos eſſe, eſt impoſsibile: ergo tantum vnum Deum eſſe eſt neceſſarium: quod autem ſit impoſsibile plures omnipotentes eſſe, patet: nam aut potentia vnius eſt potētia alterius; & ſic nō ſunt eſſentialiter plures omnipotentes, ſed vnus tantum: aut potentia vnius non eſt potentia alterius; ſed ſunt

potentiæ diverſæ, & ſic nullus eſt omnipotens ex quo quod poteſt vnus; non poteſt alius. Et ſimiliter quia neuter illorum poteſt non dominari ab alio; cum cuilibet competat dominari quidquid eſt: ideo neuter illorum erit dominus, nec omnipotens.

Ratio. 5. Item impoſsibile eſt eſſe plura entia õni perfectione perfecta; ſed ſi ſunt plures dii ſunt plura entia omni perfectione perfecta; cum ita ſit quod intelligamus Deum omni perfectione perfectum: igitur impoſsibile eſt plures Deos eſſe: ergo tantum vnum Deum eſſe eſt neceſſarium. Quod autem impoſsibile ſit, eſſe plura entia omni perfectione perfecta; patet; nam ſi in quolibet eſſet omnis perfectio; quidquid perfectionis eſſet in vno, eſſet & in alio: ergo eſſet in omnibus vna, & eadem perfectio: non ergo ſunt plura in perfectione, nec plura perfecta; ſed vnum. Si autem dicatur quod perfectio quæ eſt in vno; non eſt in alio, tunc in nullo erit omnis perfectio; imó cuilibet deficiet omnis perfectio ex quo in quolibet ponitur omnis perfectio.

QVOD IN DEO SIT PERSONARVM PLVRALITAS.

Et primo quod ſint duæ perſonæ; quod eſt ſecundus Articulus.

Ratio. 1. NON minoris poteſtatis, actualitatis, & nobilitatis eſt bonitas infinita; quam bonitas finita: ſed bonitas finita eſt ratio bono finito;

quod producat naturaliter, & de ſe bonum finitum: ergo bonitas infinita erit ratio bono infinito, quod producat naturaliter, & ex ſe bonum infinitum: ergo cum in Deo ſit bonitas infinita, producet bonum infinitum: nihil autem aliud á Deo poteſt eſſe infinitũ, ſed ſolus Deus, vt probatum eſt: ergo cum Deus ſit bonum infinitum producet bonum infinitum; & per conſequens idem, & æquale ſibi in bonitate, eſſentia, & natura; cum ſuperius ſit probatum quod non poſſunt eſſe duo, vel plura infinita per eſſentiam differentia, vel diſtincta; cũ ergò omnis actio ſit ſuppoſitorũ ſcil. ſuppoſiti, vt producentis; & ſuppoſiti vt producti: inter producens, & productum oportet eſſe diſtinctionem ſuppoſitorum: cum idem non poſsit ſe ipſum producere: ſequitur ergo quod in Divinis erit ſuppoſitum producens, & ſuppoſitum productũ, & vtrumq; dicimus perſonam: cum perſona dicatur rationalis naturæ individua ſubſtantia, vel ſuppoſitum rationalis naturæ; & verius: & proprius dicetur in Divinis Perſona, quã in creaturis; eo quod in Divinis dicatur perſona naturæ divinæ incommunicabilis exiſtentia: ſequitur ergo quod in divinis eſt perſonatum pluraliras.

Ratio. Item omne id quod eſt purus actus æternus,
2. & infinitus agit æterné, & infinité, & æternũ, & infinitum; aliter non eſſet purus actus æternus, & infinitus: ſed Deus eſt purus actus æternus, & infinitus: ergo aget æternaliter, & infinité, & æternum, & infi-

infinitum: ſed omne tale, ſcilicet æternum, & infinitum eſt Deus: ergo Deus producit Deum: ſicut enim proprius, & naturalius eſt creaturæ, cum ſit finita, operari parva magis quam magna; eo quod magis participant cum creatura; quia magis accedunt ad finitatem: ſicut miles, qui facilius dat vnum equum, quam vnum caſtum, & Rex vnum caſtum, quam Civitatem: ſic; & multo magis erit proprius, & naturalius Deo, cum ſit infinitus, operari ea, quæ ſunt magna ſimpliciter, quam ea quæ ſunt parva; alias non operaretur ſecundum modum, & virtutem ſuæ naturæ; nihil autem eſt ſimpliciter magnum, niſi ſolus Deus: ergo Deus producet Deum: ſequitur ergo perſonarum pluralitas.

Ratio 3. Præterea in Deo ſunt idem ſuum exiſtere, & ſuum agere; cũ ipſe ſit purus actus: ſed Deus eſt Deus in exiſtendo: ergo erit Deus in agendo: ergo Deus producet Deum: aliter Deus eſſet Deus in exiſtendo; & non eſſet Deus in agendo: ſequitur ergo perſonarum pluralitas.

Ratio 4. Vlterius impoſsibile eſt vnam, & eandem, & ſimplicem eſſentiam diſtare á nihilo in infinitum; & non diſtare á nihilo in infinitum: quia implicatur contradictio: ſed Divina Eſſentia eſt eadem cum ſua potentia; quia ſimplex eſt: & cum ipſa eſſentia ſit infinita, diſtat á nihilo in infinitum: ſed ſi de ſe, & naturaliter nihil poteſt producere ſua potentia; non diſtat á nihilo in infinitum: imó habet ſecum annexum nihil ex quo de ſe nihil poteſt pro-

ducere: ergo Divina Eſſentia diſtat á nihilo in infinitũ: & Divina Potentia, quæ eſt idem cum Divina Eſſentia; non diſtat á nihilo: ſed hoc eſt impoſsibile: ergo Divina Potentia poteſt aliquid de ſe, & ex ſe producere: non finitum: quia divisibilis non eſt, cum ſit ſimplex: ergo producit de ſe, & ex ſe infinitum: ſequitur ergo perſonarum pluralitas.

Ratio. Item nobilius eſt id ens, quod bonum eſt, &

5. bonũ facit, infinitũ eſt, & infinitũ facit; æternũ eſt, & æternum facit; perfectũ eſt, & perfectũ facit, &c. quam illud quod non facit: (*vide infra huius explicationem tex. 21.*) aliter potentia, & privatio eſſent nobiliora quam ſit actus: ſed Deus non ſolum eſt ens nobilius omni ente, ſed etiam ſimpliciter nobiliſsimũ: ergo ipſe cum ſit ſummé bonus, infinitus, & perfectus, vt ſupra probatum eſt, producet bonum infinitũ, æternum, & perfectum: quia producendo bonum finitum, non coæquaret actum ſuum quantum ad terminum ad quẽ, ſcilicet ad rem productam; cũ eſſet finitus ſibi ipſi qui eſt infinitus: nec in tali actu ſuam eſſentiam cõmunicaret: nihil autem poteſt eſſe bonũ infinitum, æternũ, & perfectum, niſi ſolus Deus: ergo Deus producet Deum æquale ſibi in omnibus: probavimus ergo in Divinis eſſe duas perſonas, vnam producentem, & aliam productam: perſonam producentem appellamus Patrem; & perſonam productam Filium appellamus.

Quare Perſona producens dicatur Pater, & producta dicatur Filius, Quod eſt 3. Art.

Ratio. OMne illud, quod producitur de eſſentia alicuius ſecundum naturæ operationem, & ſecundum pricipalem procedendi modum, & ordinem, & eſt in eadē eſſentia, & natura cum producente, dicitur, & eſt Filius producentis; & producens dicitur Pater: cum ſint relativa ſicut videmus, & dicimus, quod homo generatus ab alio homine dicitur eius filius, á quo eſt immediaté genitus, quia eſt de eſſentia generātis, & ducitur ab eo in eſſe per naturalē generationem, & participat cū eo ſecundū ſpeciē eandem eſſentiam, & naturam; & procedit ab eo ſecundum principalem procedendi modum, & ordinem: quia procedit ab eo per generationem, & immediate; & ſi homo generatus haberet á Patre animam per quam eſt homo, veriori, & perfectiori modo eſſet filius eius, & ſi eſſet á Patre ſecundum totam ſubſtantiam, & abſque adjutorio Matris; adhuc eſſet veriori, & perfectiori modo filius eius: & ſi eandem eſſentiam haberet cum eo, & ab eo, adhuc veriori modo, & perfectiori eſſet filius eius, & per conſequēs Pater eſſet veriori, & perfectiori modo Pater: cum ergo Deus ratione ſuæ ſummæ nobilitatis actualitatis, & fæcunditatis producat de ſe toto æquale ſibi per omnia, & naturaliter: nam probatum eſt quod Deus

eſt Deus in agendo, ſicut in exiſtendo: ſic etiã productio iſta ſecundum principalem procedendi modũm, & ordinem: quia ſicut dualitas prior eſt Trinitate; ſic proceſsio vnius de vno per modum generationis prior eſt ordine naturæ proceſsione, quæ non eſt per modũ generationis, nec vnius de vno; ſed vnius de duobus: veriſsimé ergo in divinis in productione, qua vnus producitur ab vno, productus dicitur filius, & producens pater, & tanto veriori modo, quam in rebus creatis, quanto veriori modo, omnia prædicta inveniuntur in divina generatione.

Quod in Divinis ſit dare Tertiam Perſonam, quod eſt quartus Articulus.

PRobato quod in Deo ſit Perſona Patris, & Filii; reſtat probare tertiam perſonam, ſcilicet Spiritũ Sanctum: probatum eſt ſuperius quod Pater producit Filium per modum naturæ, qui eſt idem patri in ſubſtantia, & æqualis per omnia: ſicut ergo naturale eſt patri filium generare; ita naturale eſt ei filium generatum amare: cum ipſe filius ſit ſummé, & infinité bonus; & ſicut naturale eſt filio generari á Patre; ita naturale eſt ſibi patrem amare: inde arguimus ſic.

Ratio. Omnis amor verus, actualis, & perfectus re-
1. quirit de neceſsitate amantẽ, amatũ, & amare; ſed in Deo eſt amor verus, actualis, & perfectus: &

eſt

eſt ibi amans pater, qui eſt perſona; & amatus filius, qui eſt perſona, vt probatum eſt: ergo & amor procedens á Patre in filium, & é converſo erit perſona: aliter amor divinus non eſſet tantæ actualitatis, bonitatis, magnitudinis, &c. quantæ eſt amans, & amatum.

Ratio. Item impoſsibile eſt in Divinis eſſe aliquod
2. accidẽs: cũ Divina Eſſentia ſit ſimpliciſsima, & nobiliſsima: ſed ſi amor Patris, & filii non eſſet perſona, eſſet ille amor accidens: ergo neceſſe eſt, illum amorem eſſe perſonam.

Ratio. Item tantæ actualitatis, & fæcunditatis eſt
3. amare in Deo, ſicut generare: ſed p generare exit perſona de perſona, ſicut filius de patre: ergo de amare patris, & filii exit perſona.

Ratio. Præterea maior vnitas quæ poteſt eſſe, ſalva
4. diſtinctione perſonarum, debet eſſe inter patrẽ, ac filium; cũ inter eos ſit ſumma cõcordantia: ſed vnitas eſſentiæ, & operationis eſt maior vnitate eſſentiæ tantum: ergo pater, & filius vnientur non ſolum in eſſentia, ſed in operatione naturali infinita, & eſſentiali, quæ ſit eis æqualis per omnia: hoc autem non eſſet, niſi illud productum eſſet perſona, in cuius productione pater, & filius æqualiter concordarent quantum ad omnes rationes, & dignitates.

Ratio. Vlterius omnis operatio, ſicut eſt ſuppoſiti,
5. vel ſuppoſitorũ, vt termini á quo; ita oportet quod ſit ſuppoſiti, vt termini ad quem: cum ergo õnes

dignitates, quæ ſunt in patre, & filio ſint activæ; ſicut pater eſt perſona, & filius eſt perſona: ſic eorum operatio, ſive productio intrinſeca erit perſona: patet ergo quod ſi ponatur in divinis prædicta perſonarum pluralitas, quam probavimus: omnes dignitates divinæ habent ſuos actus intrinſecos, & perfectos ſecundum omnes rationes; ſicut bonitas bonificativum, bonificabile, & bonificare; magnitudo magnificativũ, magnificabile, & magnificare: & ſic de omnibus aliis dignitatibus: ſi autem non ponatur in divinis prædicta perſonarum pluralitas; nulla dignitas divina habebit actum naturalem, & intrinſecum; imó erunt ab æterno ocioſæ omnes intrinſecé, & carentes naturali perfectione, & fœcunditate: nec habebit Deus cui ſummum, & infinitum amorem impendat: nec á quo ſummé, & infinité diligatur. Poterit etiam de nihilo aliquid producere, ſicut creaturas; de ſe autem nihil poterit operari· & ſic Deus non erit ens nobiliſsimũ, actualiſsimum, & perfectiſsimum: eo quod non erit activus de ſe, & naturaliter; nec habebit perfectas rationes; quod eſt impoſsibile.

Quare Perſona procedens á Patre, & Filio dicatur Spiritus Sanctus.

Ratio. PRobavimus ſuperius quod ex amore Patris ad Filium, & é converſo procedit tertia perſona, quam Spiritum Sanctũ appellamus; eo quod ſicut quãdo duo homines mutuo, & intimé ſe diligũt

fit

fit ſpirituum eorum communicatio, & quidam intimus, & æſtuans eorũ amoris impulſus; propter quod & illi dicuntur habere vnum ſpiritum, qui idem amãt, & idem affectant; cum amicitiæ ſit idem velle: ſic quia pater amando filium intima, & ſumma dilectione cum ſit ſummé bonus, & filius amando patrem intima, & ſumma dilectione ad invicem in iſto amore communicant: perſona procedens per modum mutui amoris, & intimi dicitur ſpiritus: quia ſicut ſpiritus vitalis eſt nexus, & vnio corporis, & animæ: ſic, imó nobiliori modo Spiritus Sanctus eſt nexus Patris, & Filii, & non dicitur filius: quia alius eſt modus in divinis, quo vnus procedit ab vno per modum generationis; & alius quo vnus procedit ab illis duobus per modum amoris:

Dicitur etiam ſanctus: quia eſt opus ſanctificationis, & ex ſanctificatione procedens: quia pater diligendo filium, ſummo, intimo, & æterno amore eſt filio innocens; & filius diligendo patrem ſummo, intimo, & æterno amore eſt patri innocens: & quia ex iſto mutuo intimo amore, quo pater eſt innocens filio, & é converſo procedit; dicitur ſanctus: quia ſicut eſt ex natura ſpitativa amborum; ita eſt ex natura amborum ſanctificativa. Dicitur etiã ſanctus quia innocens: eo quod adeo perficit, & complet Divinarũ numerum perſonarum; quod non poſſunt eſſe plures quam tres, neq; pauciores: & ſicut ex ſequentibus declarare intendimus, & probare.

Quod in Divinis ſint tantum tres perſonæ.

EX ſuperioribus probatum eſt quod in divinis ſint tres perſonæ, quarum vnam appellamus Patrem; aliam filium, qui á Patre procedit; aliam Spiritum Sanctum, qui procedit á Patre, & á Filio. Pater eſt perſona, quæ á nullo procedit; ſed ab ipſo ſolo procedit alia; ſcilicet filius. Alia eſt perſona, quæ procedit ab alia, & ab ipſa procedit alia; ſcilicet filius. Alia eſt perſona quæ procedit á duabus, & ab ipſa nulla; ſcilicet Spiritus Sanctus. Probabimus ergo primo generaliter quod non poſſunt eſſe niſi tres perſonæ. Secundo probabimus in ſpeciali attendendo ipſarum perſonarum nomina, & proprietates.

Ratio. 1. Omnes dignitates, & rationes divinæ ſunt in Deo perfectiſsimé, & completiſsimé: cum ſint idem quod Deus: ſed ipſæ non poſſunt ſignificari, diſtingui, & determinari, niſi ſub numero, & in numero trinario: ergo neque perſonæ: (*vide infra huius explicationem tex. 22.*) aliter inter dignitates divinas, & perſonas erit realis diverſitas: & ſi ſic dignitates diviuæ non erunt Deo ratio producendi ſuppoſita, ſeu perſonas; quod eſt impoſsibile. Quod autem rationes, & dignitates divinæ ſint in numero trinario tantum patet: omne enim quod eſt bonum, vel eſt bonificás, vel bonificatum; vel bonificare: & omne quod eſt magnum, vel eſt magnificans, vel magnificatum, vel magnificare; & ſic de aliis: cum ergo non poſsit ratio

completa dignitatum inveniri in minori numero, quã in trinario: nec inveniri in maiori, erũt perſonæ divinæ in numero trinario.

Ratio. Item ille numerus, qui eſt omnibus aliis no-
2. bilior, & neceſſarior, debet poni in Deitate ex quo probatum eſt, quod eſt ibi pluralitas: ſed numerus trinarius eſt aliis nobilior, & neceſſarior: cum nullus actus poſsit eſſe ſine numero trinario: & hoc patet, quia in omni actu oportet dare terminum á quo, & terminum ad quem, & actum medium nexum vtriuſque termini: ergo in deitate erit numerus trinarius.

Ratio. Præterea ille numerus, cuius partes magis
3. conformiter regulatæ, & ordinatæ ſe habent, ponendus eſt in divinis: cum ſit ibi ſummus ordo: (non temporis, ſed proceſsionis, ſeu originis:) ſed numerus trinarius, vt ponitur in divinis, habet partes conformes, regulatas, & ordinatas: nam quæcunque divina perſona conſideretur, duæ aliæ eam æqualiter reſpiciunt, & æqualiter reſpiciũtur ab ea: (*vide infra huius explicationem tex.* 23.) imó qd mirabile eſt, & ſingulare in divinis, cõſiderata quavis vna perſona, tãquã pro vna parte numeri trinarii, & aliis duabus eam æqualiter reſpicientibus, fit triangulus: vt ſi conſideres perſonam patris, perſona filii, & perſona Spiritus Sancti eam æqualiter reſpiciunt, & æqualiter reſpiciuntur ab ea. Et ſi conſideres perſonam filii, æqualiter, & immediaté reſpiciunt eam pater, & Spiritus Sanctus, & reſpiciuntur ab ea. Et ſi conſideres perſonam

Spiritus Sancti; æqualiter reſpiciunt eã Pater, & Filius: & reſpiciuntur ab ea. Et ita ſemper fit triangulus, & quia hoc fit conſiderata qualibet Perſona; fit ibi circulus: & ita numerus trinarius triangulatus; & triangulus circulatus, & circulus triangulatus. In nullo autẽ alio numero poteſt inveniri iſta harmonia, & iſta pulchritudo, niſi in numero trinario: & non in quocunque numero trinario: quia non in numero trinario directé producto: licet enim in numero trinario directé producto, ſecundum æqualiter ſe habeat ad primũ, & tertium, & é econverſo: nõ tamen primum æqualiter ſe habet ad tertium, & ſecundum: nec tertium ad primum, & ſecundum; ſed hoc invenitur in trinario ordinato, eo modo quo numerus trinarius ponitur in divinis: ergo patet quod in divinis ſunt tantum tres perſonæ: & etiam quod ſic ſunt ordinatæ, & diſtinctæ ſicut diximus.

Secundo probamus quod in divinis non ſint niſi tres perſonæ, attendendo Perſonarum Divinarũ nomina, & proprietates earum.

Ratio 1. Omnia illa, quæ ſunt in divinis, ſunt perfectiſsima, & in ſummo eſſe: ſed ſi in divinis eſſent plures patres, vel plures filii, vel plures Spiritus Sancti: aut eſſet neceſſarium eſſe plures Patres, aut plures Filios, aut plures Spiritus Sanctos; vel non: ſi non eſt neceſſarium eos eſſe plures; non ſunt; quia quidquid eſt in divinis eſt neceſſarium, & non contingens. Si eſt neceſſarium eos eſſe plures: in nullo reperitur

perfecta, completa & coæqualis ratio paternitatis filiationis, & ſpirationis: & per conſequens nullus eſt perfectus pater; nec perfectus filius; nec perfectus Spiritus Sanctus ex quo non ſufficit vnus pater, nec vnus filius, nec vnus Spiritus Sanctus: ergo nullus perfecté bonus, nullus perfecté productus; nullus perfecté producitur, nullus perfecté dat, nec recipit; ſed hoc eſt impoſsibile: ergo non eſt dare quartam, vel vlteriorem perſonam, quæ ſit Pater, vel Filius, vel Spiritus Sanctus. Si autem dicatur quod ſit quarta perſona, vel vltra, quæ non eſt Pater, nec Filius, nec Spiritus Sanctus; talis perſona non erit producta á Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, in quantum Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ex quo producta perſona non erit Pater, nec Filius, nec Spiritus Sanctus: cum tamen omnis actio ſit ſuppoſitorum. Si autem dicatur, quod non producitur á tribus perſonis; ſed ab vna, vel á duabus: ſequitur idem inconveniens, quod prius, & vltra hoc, quod perſona producta immediatiús, & maiori amore, & germanitate adhærebit illis, vel iill, á qua producetur, quam á qua non producetur.

Ratio. 12. Vlterius omnis ratio principii activé, & paſſivé ſumpta, ſi pefecté, & ſecundum totalẽ ſuã rationem ſumatur, de neceſsitate requirit tres terminos, ſcilicet principium principians, & non principiatum; vt nihil eum præcedat; aliter eſſet proceſſus in infinitum á parte ante, Et principium principiatum,

& non principians: aliter eſſet proceſſus in infinitum á parte poſt. Et principium principiatum, & principians, quod eſt medium inter ea, & ſapit naturam vtriuſque. Nec poteſt pluribus quam iſtis tribus modis dici principium, ſeu eſſe: nec ſine iſtis tribus poteſt tota, & perfecta ratio principii in Deo reperiri: ſed in Deo eſt totalis, & perfectiſsima ratio principii: ergo erit in divinis principium principians, & non principiatum: & iſtud principium dicimus Patrem: & principium non principians, & principiatum: & iſtud dicimus Spiritum Sanctum: & principium principiatum, & principians: & iſtud dicimus Filium, qui eſt principiatus á Patre, & principiat cũ Patre Spiritũ Stũ. ergo ſunt tantũ tres perſonæ, & non plures. Et ſic probavimus primum, ſecundũ, tertiũ, & quartũ Articulũ.

De Creatione quæ eſt quintus Articulus.

Quintus Articulus eſt, quod Deus ſit creator mũdi: & hoc probamus ſic.

Ratio. 1. BOnitas Divina, Magnitudo Divina, Æternitas, Poteſtas, & ceteræ dignitates divinæ ſunt in Deo vnum, & idem: ſed poteſtas divina non poteſt aliquid, quod nõ ſit de natura ſua coæquare ſibi in magnitudine, nec in bonitate, nec in poteſtate: ergo neque in æternitate: cum ergo mundus, nec aliquid aliud á Deo, ſit de eſſentia Dei: non ſolum ſequitur, quod non ſit æternus; imó quod non poteſt eſſe æternus. Et hoc idem ſequitur de quacumque re alia á Deo.

Præte-

Prætèrea probatum eſt: quod Deus eſt Omnipotens; & quod non eſt Omnipotens, niſi vnus: & ſic omnia quæ ſunt, ſunt ab ipſo producta; aliter non eſſet Omnipotens. Inde arguimus ſic.

Ratio. 2. Si Deus produxit mundum, aut produxit eũ de ente æterno, aut de ente nõ æterno, aut de nihilo. Non de ente æterno: quia cum nihil ſit æternum eſſentialiter, niſi ſolus Deus, vt probatum eſt; eſſet mundus de ſubſtantia Dei: imó eſſet Deus: cum ſubſtantia Dei, eo quod eſt ſimpliciſsima, non poſsit communicari, niſi tota. Nec de ente non æterno potuit eum producere ab æterno: quia eſt contradictio. Nec de nihilo potuit eum producere ab æterno: quia quod ex nihilo eſſe accœpit, fuit verũ dicere aliquando quod non fuit: aliter ex nihilo creari non potuit: nomen enim, & ratio creationis, qua dicitur creatio de nihilo factio, manifeſté declarant, quod omne creatum cœpit eſſe ex quo de nihilo factum eſt: quod autem cœpit eſſe, non eſt æternum: nullum ergo creatum poteſt eſſe æternum: æternum enim non poteſt eſſe, niſi de æterno.

Ratio. 3. Item omne id, quod plus accedit ad naturã æternitatis, plus participat naturã æternitatis, & nobilius eſt eo, q^d minus participat: ſed ſi mundus eſt æternus, corruptio eſt æterna ſecundum ſpeciem, & ſecundum numerum: quia omne quod generatur, corrumpitur: & res corrupta nunquam reddit eadem numero: imó ſéper ſtat in privatione, & corruptione:

& ideo eſt æterna ſecundum numerum, & ſpeciem. Quod non ſic eſt de generatione: nam res genita aliquando corrumpitur, & nunquam reddit eadem numero, vt dictum eſt: & ſic generatio non eſt æterna ſecundum numerum, ſed tantum ſecundum ſpeciem: ergo corruptio nobilior eſt generatione: ſed hoc eſt impoſsibile: ergo, &c. Corruptio etiam non erit prior generatione, neque é converſo: eo quod æternum non eſt prius æterno duratione, vel tempore: cum tamen generatio præſupponat de neceſsitate corruptionem prioritate temporis: eo quod fit ſucceſsive, & paulatim: & generatio præſupponit id de quo fit: & corruptio id á quo fit: & ſic neutrum eſt æternum, quod eſt contradictio.

Ratio. 4 Vlterius nulla poteſtas plus poteſt ſub ratione aliena, quam ſub ratione propria: quia plus poſſet in alio, quam in ſe ipſa: ſicut nec bonitas poteſt dici magis bona ſub ratione poteſtatis, quam ſub ratione bonitatis; ſed poteſtas divina non poteſt alicui, quod non ſit de eſſentia ſua, dare poteſtatem, quæ ſit infinita ſub ratione poteſtatis, & in quantum poteſtas; quia ſi poſſet; illud, cui daret talem poteſtatem, quæ eſſet infinita in quantum poteſtas; poſſet infinitum: & in infinitum: & ſic eſſet Deus: ergo nec poteſtas divina poteſt alicui communicare durationem infinitam.

Ratio. 5 Item omne illud, per quod eſſentia divina tranſcendit in omnibus omnia alia á ſe, eſt neceſ-

neceſſarium: aliter eſſentia divina non eſſet nobiliſsima, actualiſsima, ſingulariſsima, & vnicé vnica; ſed ſi aliquid aliud, á Deo eſſet, vel poſſet eſſe æternum; eſſentia divina non tranſcenderet illud in æternitate: ergo nihil aliud á Deo eſt æternum, nec poteſt eſſe æternum: non enim Deus eſſet omnipotens, niſi omnia quæ ſunt principiaſſet: nec eſſet ſimpliciter primus, niſi omnia alia á ſe præcederet, & principiaſſet: quare patet, quod quidquid eſt aliud á Deo, eſt ab eo creatum; & per conſequens non eſt æternum; cum omne creatum ſit de non eſſe ad eſſe deductum. (*vide infra huius explicationem tex.* 19.)

De Recreatione; quæ eſt Sextus Articulus.

SExtus Articulus eſt recreatio: ad probandum autẽ recreationem, oportet quatuor probare: Primum quod primi parentes peccaverunt. Secundum quod peccatum eorum eſt omnibus hominibus generale corporaliter. Tertium quod eſt generale ſpiritualiter, hoc eſt quantum ad animam. Quartum, quod eſt neceſſaria recreatio.

Quod primi parentes peccaverunt.

DEus, qui creavit mundum, vt probatum eſt, creavit, ſeu fecit hominem, qui eſt pars mundi, quem cum ſit naturæ rationalis fecit talem, vt diſcerneret inter bonum, & malum; & diligeret bonum, & odiret malum: aliter fruſtra feciſſet eũ

naturæ rationalis: & vt majus bonum magis diligeret, & ſummum bonum ſummé, & liberé diligeret: tãtæ enim nobilitatis eſt ſummum bonum, quod liberé vult, & debet diligi: ſecundum hoc ergo homo factus eſt á Deo bonus, & ad bonum ordinatus: factus eſt etiam juſtus: quia iuſtitia eſt, bonum diligere, & ſumma iuſtitia, ſummum bonũ ſummé diligere: & cum ſit factus ad diligendum ſummum bonum, liberé meretur, & oportet q^d aſſequat^r illud: aliás fruſtra factus eſſet ad illud: & ſi illud aſſequitur, aſſequit^r, & meretur beatitudinẽ: (*vide infra huius explicationẽ tex.* 5.) aliter ſummũ bonũ non eſſet ſummũ bonũ; ſi non eſſet beatitudo aſſequentibus ipſum. Factus eſt etiam homo ad vivendum ſecundum ſui inſtitutionem, non ad moriendum: cum mors non ſit beatitudo ſed miſeria: vt ſi ſervaret ordinem ſibi á Deo inditum; mereretur beatitudinem, vitam æternam, & gloriam: ſi autem non ſervaret; ſed mutatet illũ ordinem; puniretur morte, infelicitate, & ignominia. His præmiſsis, arguimus ſic.

Ratio. 1. Omnis natura in rectitudine á Deo inſtituta; & ad ſummũ bonũ, & beatitudinem ordinata, ſi ſecundum ordinem á Deo ſibi inditum, operetur; bené, & bona, & magna opera operatur, & non parva: ſi autem operatur mala, & parva opera ſemper, aut magis quam bona, & magna; non ſequitur ordinem ſibi á Deo inditum; ſed mutat illũ; & per conſequens peccat: quia non manet in obedien-

dientia Dei: & non tendit ad finem, ad quem facta erat: & ſi talis mutatio inveniatur in quolibet individuo illius naturæ: oportet, quod iſta mutatio incœperit in illo, vel in illis, á quibus õnia illius naturæ individua proceſſerunt; aliter non inveniretur in omnibus: ſed natura humana eſt á Deo in rectitudine inſtituta; & ad ſummum bonum, & beatitudinem ordinata, vt probatum eſt: ergo cum non operetur bona, & magna opera, vt plurimũ: nam videmus quod in hominibus eſt multum de malo, & parum de bono: nec in aliquo homine eſt tantum de bono, quantum deberet eſſe: ſequitur ergo quod hominum conditio in contrarium eſt mutata: non á Deo: quia iſta mutatio mala eſt, & contraria ordinationi divinæ. Nec ab alio, qui poſſet hominem mutare cõtra voluntatem ſuam: quia ſic homo non haberet culpam, & per conſequens neque pœnam: ergo iſta mutatio eſt ab ipſo homine; in eo quod habuit naturam operandi bonum cum libertate, & ſervandi rectitudinem, quam non ſervavit: quia ſi ſine libertate huiuſmodi naturam habuiſſet, non haberet meritum, nec poſſet flecti ad contrarium: ſicut ignis, qui non cum libertate: ſed cum naturæ ſuæ neceſsitate calefacit, non meretur, nec poteſt flecti ad frige faciendum: & cum iſta mutatio inveniatur in omnibus hominibus; oportet quod incœperit in primis parentibus; á quibus omnes homines proceſſerunt: ſequitur ergo quod primi parentes peccaverunt.

Ratio. Item ſi primi parentes non peccaſſent; tam
2. ipſi, quã ões derivati ab eis, eſſent virtuoſi virtutibus politicis naturaliter; & habitus virtutum politicarũ eſſent eis naturales: eo quod natura humana á ſui inſtitutione ordinata eſt ad virtutes, vt ſupra proximé declaratum eſt: & ſic virtuoſos homines generaret: videmus autem contrarium: quia omnes homines, qui volunt eſſe virtuoſi prædictis virtutibus; habent eãs per acquiſitionem, & nos per naturam: (*vide infra huius explicationem tex.* 13.) cũ ergo iſta contrarietas, & mutatio repetiatur in omnibus hominibus: oportet quod incœpetit in primis parentibus: aliter non eſſet generalis ad omnes homines: ergo primi parentes peccaverunt.

Ratio. Præterea omne compoſitum conſtans ex
3. duobus principiis, quorum vnum actualius, & nobilius eſt alio, magis inclinatur, & inclinari debet ad perfectiones nobilioris, & actualioris; quam minus nobilis, & minus actualis: ſed homo componitur ex anima intellectiva, & corpore; & anima nobilior eſt corpore; ergo homo magis inclinabitur ad animæ perfectiones, quam corporis: ſed contrarium videmus in omnibus hominibus: ergo iſta contrarietas, & deordinatio inſœpit in primis parentibus; á quibus omnes alii proceſſerunt: alias non eſſet generalis: ergo primi parentes peccaverunt.

Ratio. Vlterius omnes homines cum difficultate,
4. & labore operantur virtuoſé; & cum facilitate,

&

& levitate vitia: hoc autem non poteſt ineſſe hominibus á natura inſtituta: quia malé, & ad malũ eſſet inſtituta, cuius contrarium ſupra probatum eſt: cum ergo hoc inſit omnibus hominibus; inerit eis á natura corrupta, & cum inſit omnibus hominibus; oportet quod incœperit iſta corruptio in primis parentibus: aliter non eſſet generalis: ergo primi parentes peccaverunt.

Ratio. Item omnis natura ſuſcipiens augmentum,
5. & decrementum vehementius operatur ſuas operationes naturales in ſtatu augmenti, quam in ſtatu decrementi; & magis reſiſtit ſuo contrario: ſecundum hoc ergo natura humana, quæ eſt creata ad diligendum ſummum bonum, & ad odiendum malũ, deberet eſſe prona, & inclinata magis ad bonum, & virtutes; & fortis contra malum, & vitia in ſtatu augmenti, & iuventutis; quam in ſtatu ſenectutis, & decrementi: cuius oppoſitum in omnibus hominibus videmus: nam magis ſunt proni ad vitia in ſtatu iuventutis, quã ſenectutis: & cum hoc non inſit õnibus hominibus á naturæ inſtitutione: quia in rectitudine eſt inſtituta: oportet quod inſit á natura corrupta, & perverſa: & cum hoc inſit omnibus hominibus, oportet quod incœperit iſta perverſio, & corruptio in primis parentibus: aliter non eſſet generalis: ergo primi parentes peccaverunt.

Quod peccatum primorum parentum ſit generale omnibus hominibus corporaliter.

NAtura humana plus habet naturaliter á creatione perfectionis, & nobilitatis: cũ ſit creata ad diligendum ſummum bonum; quam natura brutalis, & irrationalis. Inde arguimus ſic.

Ratio. 1. Omnis natura quantó nobilior eſt creata; tantó naturaliter magis debet eſſe ab omni imperfectione, & neceſsitate elongata: ſed natura humana nobilior eſt omni natura irrationali: ergo magis debet eſſe elongata ab omni imperfectione, & neceſsitate, quam natura irrationalis: videmus autem contrarium; nam puer quando natus eſt, ſi non adminiſtraretur ei, moreretur; & indiget pluribus, quam animalia irrationalia; quorum multa moventur de loco in locum immediaté cum nata ſunt: & breviter pluribus periculis, neceſsitatibus, & imperfectionibus eſt expoſitus homo á ſui nativitate, quam aliquod aliud animal: cum ergo in nobiliori ſubiecto iſta imperfectio inveniatur; & hoc non poſsit ineſſe naturæ humanæ á ſui inſtitutione, & hoc ſit in omni homine, oportet, quod hoc ſit ratione peccati generalis, & infectionis, quæ á primis parentibus deciſa in omnes homines eſt extenſa.

Ratio. 2. Præterea nulla pœna imponitur á juſto Iudice ſine culpa: ſed omnes homines tam iniuſti, quam juſti juſtitia morali ſubjiciuntur á ſui nati-

nativitate multis pœnis, tribulationibus, doloribus, & ærumnis: ergo ratione alicuius culpæ, quæ eſt in vtriſque: ſed in juſtis juſtitia morali non eſt peccatũ, nec culpa peccati actualis: ergo oportet tam juſtis, quam iniuſtis eſſe aliquod peccatũ commune, ratione cuius omnes puniantur; aliter Deus eſſet iniuſtus: nullũ autẽ peccatũ poteſt eſſe cõmune omnibus hominibus iuſtis iuſtitia morali, & iniuſtis; niſi peccatum originale: ergo ipſum eſt generale corporaliter: (*vide infra huius explicationem tex.* 14.)

Ratio. Item Deus fecit hominem ad vivendum,
3. non ad moriendũ: ſed õnes homines naturaliter moriuntur: oportet ergo quod mors advenerit per peccatum: non enim poteſt veniſſe per vitam, cum hæc ſit contraria morti: nec per ſe ipſam: quia nihil deducit ſe ipſum in eſſe: nec ab aliquo bono: cum mors ſit mala, & privatio: ergo venit per peccatũ, & malum ita generale, ſicut mortalitas eſt generalis: ſed mors eſt omnibus generalis corporaliter: ergo & peccatum eſt omnibus generale corporaliter.

Ratio. Item omnis natura, quæ magis, & melius
4. eſt ordinata ad vitam, paucioribus indiget in vivendo; quam illa, quæ minus, & non ita bené eſt ordinata ad vitam: ſed natura humana magis, & melius eſt ordinata ad vitam, quam aliqua alia natura corporalis animata, vt probatum eſt: ergo paucioribus indiget in vivẽdo, quam aliquod aliud animal; ſed nos videmus contrarium; nam aves á nativitate

habent plumas pro tunica; & ſua cibaria ſunt ſemina, & muliones: & ſimilia animalia habent lanam pro tunica, & herbam pro cibo, & ſtramen pro lecto: homo autem indiget tunica, camera, olla, bove, aratro, furno, medico, & multis, quæ longum eſſet narrare: ergo cum neceſsitas multorum importet defectum: defectus autem non proveniat niſi ex culpa, & peccato, & iſta neceſsitas inſit, & ſit cõmunis omnibus hominibus: oportet vt peccatum, & culpa iſtius neceſsitatis ſit generalis õnibus hominibus corporaliter.

Ratio. Vlterius õnis actus creaturæ rationalis, quia eſt
5. cum libertate, eſt virtuoſus, vel vitioſus: ſed per actum virtuoſum non potuit deviari natura humana á fine indito ſibi á Deo: quia tunc eſſet virtus cauſa deviationis, & mali, quod eſt impoſsibile: cum ergo conſtet, quod tota natura humana ſit deviata á fine, ſibi á Deo indito: oportet quod talis deviatio ſit facta per actum vitioſum, ita generalem, ſicut ipſa deviatio: ſed deviatio hominum eſt corporaliter generalis; cũ õnia corpora hominũ corrumpãtur, & moriantur: ergo & vitium, & peccatum erit omnibus hominibus corporaliter generale: iſtud autem peccatum dicimus originale; eo quod in ſingulos deſcendat ab illis, á quibus habent originem omnes homines; & quia cum origine vnius cuiuſq; perſonæ trahitur: & quia ſicut omnes homines á primis parentibus traxerunt ſibi originem: ſic omnia peccata á primo parentum peccato ſunt originata;

natu-

natura enim humana, quæ tota erat in primis parentibus, per peccatum primorum parentum fuit tota infecta, & corrupta, & effecta peccatrix; & ideo nõ potuit propagare niſi peccatores infectos, & corruptos: ratione cuius infectionis, & corruptionis natura humana ad peccata alia inclinatur.

Quod peccatum primorum parentum ſit generale omnibus hominibus quantum ad animã.

SI anima, per quam homo habet formam humanam, & eſt homo, eſſet á generante; ex præmiſſis eſſet manifeſtum, quod peccatum primorum parentum eſſet generale omnibus hominibus quantum ad animam: ſed quia non eſt á generante, ſed á creãte, inducimus ad hoc ſpeciales rationes.

Ratio. Quandocunque aliqua principia ordinan-
1. tur ad conſtitutionem ſubſtantialẽ alicuius eſſe ſpecifici, & non ſunt propter aliud facta, niſi vt cõſtituant illud eſſe ſpecificum; neceſſe eſt illa principia ſequi motum, modum, actum, conditionem, & ordinem illius eſſe ſpecifici, quod conſtituunt; aliter non inclinarentur ad illud conſtituendum ſubſtantialiter: nec eſſent ipſa principia adinvicem naturaliter, & ſubſtantialiter vnita: ſed anima & corpus ſũt ordinata ad conſtitutionem ſubſtantialem eſſe ſpecifici hominis; nec ſunt propter aliquid aliud, niſi vt ſit homo: ergo anima & corpus de neceſsitate ſequuntur motum, modum, actum, conditionem, &

ordinẽ eſſe ſpecifici hominis: ſed ſpecies, & naturã humana, quæ tota erat in primis parentibus, & extra eos nihil, fuit tota infecta peccato quantum ad corpus, & quantum ad animam: & plus anima, quã corpus: peccatum enim incœpit in anima, quia in voluntate: eo quod primi parentes noluerunt ſervare rectitudinem, & juſtitiam, in qua creati erant: cũ tamen poſſent ſervare, ſi voluiſſent: ergo omnes homines, cum ſint propagati á primis parentibus, erũt infecti peccato, non ſolum quantum ad corpus; ſed etiam quantum ad animam: eo quod anima non eſt ob aliud, niſi vt ſit homo: cum ergo tota ſpecies humana ſit corrupta, & infecta peccato, & inimica Dei: immediaté cum anima adveniens corpori conſtituit hominem, quam citó verum eſt dicere, quod eſt homo: tam citó, in quantum eſt homo eſt inimicus Dei: & ſic eſt peccator quantum ad corpus, & animam. Vnde qui vult intelligere, quomodo peccatum eſt in anima: conſideret quomodo tota ſpecies humana eſt infecta, & corrupta peccato: & quod ãnima non eſt, niſi vt ſit homo: & conſideret, quod Deus non debet mutare ordinem, & juſtitiam in toto ratione partis: cum totum non ſit propter partem: ſed pars propter totum: & ſicut in primis parentibus tota ſpecies humana fuerat exaltata ſuper omnes ſpecies corporales per gratiam: in tantũ, quod ſi ſervaſſent rectitudinem, acquiſiviſſent pro ſe, & ſua poſteritate beatitudinem: propagaſſent enim

filios juſtos, quales ipſi erant, qui habuiſſent per naturam, quod primi parentes habuerunt per gratiam: ſic ratione peccati, & culpæ primorum parentum tota ſpecies humana, quantum ad primos parentes, & eorum poſteritatem eſt ſubiugata infectioni, & pœnæ: & habet primorum parentum poſteritas per naturam, quod primi parentes habuerunt per culpã: aliter Deus plus dediſſet homini ſine aliquo merito per gratiam; quam puniret propter culpam: & ſic ſua juſtitia eſſet deffectiva, quod eſt impoſsibile: oportet ergo quod juſtitia Dei tantum puniat in homine, propter culpam; quantum dedit per gratiam: (*vide infra huius explicationem tex.* 15.) hæc enim eſt pœna criminis leſæ mageſtatis: hoc etiam habet conditio ſervitutis, quod omnes, qui de ſervis naſcuntur, ſint ſervi á nativitate.

Ratio. Item omnis anima rationalis, quæ movet
2. corpus ſuum ad vtendum hiis, quorum vſu corpus non eſt dignum, peccat, & per conſequens eſt ſubjecta peccato: ſed anima immediate cum eſt infuſa corpori, movet corpus: aliter non eſſet forma corporis; nec per conſequens pars ſubſtantialis hominis: nec homo eſſet homo per animam rationalẽ: ad corporis neceſsitates, vt ad augmentum, vel ad ſumendum victũ, vt cibum, vel potum, & ad vtendum rebus quibus vivit, quæ ſunt creaturæ Dei; quorũ vſu non eſt dignum corpus alicuius hominis; cũ ſit corruptum, & infectum: eo quod primi parentes, á

quibus omnes homines habuerunt corpora ſua fuerunt contra Deum creatorem ſuum: ergo anima ex hoc habet culpam generalem: & ſic ſequitur quod peccatum eſt generale omnibus hominibus quantum ad animam: (*vide infra huius explicationem tex.* 16.)

Ratio. Præterea impoſsibile eſt vnum hominem
3. ſimul habere duos habitus contrarios: ſed ſi anima hominis non inficitur á corpore, nec inclinatur ad operationes corporis; homo, qui ſubſtantialiter conſtat ex anima, & corpore habet habitũ operandi bonum, & virtutes ratione animæ, quæ munda, & immaculata á Deo infuſa eſt corpori; & habet habitum operandi malum, & vitia ratione corporis, quod eſt infectum: homo ergo in eodẽ tempore, & ſẽper habebit inclinationem ad bonum, & ad malum: aliter non operaretur in virtute, & natura principiorũ ipſum conſtituentium; & ita homo poterit eſſe ſimul temperatus: & ebrius: imó quod plus eſt, ſi anima non inclinatur ad aliquem actum corporalem, nullus actus hominis erit vitioſus: eo quod nullus actus factus ſine voluntate eſt vitioſus: videmus autem in hominibus multos actus vitioſos: ergo oportet quod anima inclinetur ad illos; (*vide infra huius explicationem tex.* 17.) cum etiam omnes actus ſint ſuppoſiti, oportet dare quod ad õnes actus ſuppoſiti inclinentur principia ipſum ſubſtantialiter cõſtituentia: & ita ad omnem actũ hominis inclinabitur

anima

animā. Si autē dicatur, quod anima hominis iuſti nō inclinatᷣ ad aliquē actū corporis:eo qđ ōnis actus corporis,quia corpus eſt infectū, eſt malus:ſequitᷣ qđ anima non eſt forma corporis;& quod nullus actus corporalis hominis iuſti eſt actus hominis, ſed tantum corporis: propter quæ omnia, cum ſint impoſsibilia, oportet dare quod anima inclinetur ad actus corporis: & per conſequens inficiatur á corpore: ex quibus ſequitur, quod peccatum originale eſt generale quantum ad animam.

Ratio. 4. Vlterius omnis pars naturaliter inclinat ſuū totū potius ad operationes ſuas, quam ad operationess alienas: ſed anima eſt pars naturalis hominis: ergo plus inclinabit hominem ad operationes animæ quam ad operationes corporis: videmus autem contrarium in omnibus hominibus: quia omnes homines, aut ſunt plus corporales, quam ſpirituales: aut ſaltem omnes homines plus incipiunt a corporalibus actibus, quam ſpiritualibus: talis ergo contrarietas, & perverſio animæ non poteſt eſſe ſine aliqua infectione ad hoc animam contra naturam ſuam inclinante: talem autem infectionem dicimus peccatum:eo quod per eam inclinatur ad peccatum:ergo peccatum eſt generale quoad animam.

Ratio. 5. Item omnis natura ſequitur naturaliter curſum,& ordinē, ad quē creata eſt,niſi ſuperveniat impediens: ſed anima eſt creata ad intelligendum,& non ad ignorandum; ad recolendum, & non ad

obliviſcendũ;ad diligendũ bonum,& non ad odiendum; ad gloriam, & non ad pœnam, (*vide infra huius explicationem tex.* 18.) vt ſupra probavimus: nulla autem anima coniuncta corpori tot intelligit; quot ignorat: tot recolit, & memoratur; quot obliviſcitur: diligit tantum bonum; quantum deberet diligere: habet tantum de gloria, & quiete; quantum de pœna, & labore; ergo iſta deordinatio, & diminutio, quæ eſt in anima cuiuſlibet hominis, eſt per aliquid ſuperveniens animam impediens, & á ſuo fine devians; á quo fine non poſſet deviari anima, niſi eſſet infecta: ſi enim nõ inficeretur á corpore; non impediretur á corpore in ſuis naturalibus operationibus exercendis: probatum eſt ergo quód peccatum primorum parentum quantum ad animam eſt omnibus hominibus generare.

Quod ſit recreatio.

Ratio. 1. IMpoſsibile eſt aliquod ens creatum deviare, & fruſtrare Deũ ab intentione ſua,& fine per ipſum rei creatæ indito; cum ipſe ſit ſummé potens, & ſummé ſapiens: ſed Deus creavit hominem principaliter ad diligendum Deum, recolendum,& intelligendum: cum iſte finis ſit nobilior, & magis naturalis, qui poſsit, & debeat dari creaturæ rationali: eo quód ipſa eſt de memoria, intellectu, & voluntate; & per conſequens ad beatitudinem,ſed per peccatum eſt deviata natura humana á dicto fine; & per

con-

conſequens á beatitudine; & tendit in nihilum: ergo ſi non eſt recreatio, non aſſequitur Deus in natura humana finem, ad quem ipſam creavit: & ſic ſapientia ſua fuit defectiva in creando naturam humanam ad finem, quem prævidit ipſam non aſſequuturam: (*vide infra huius explicationem tex.* 7.) ſed hoc eſt impoſsibile: oportet ergo recreationem eſſe, per quam natura humana, quæ ratione peccati tendit in nihilū reducatur ad finem debitum.

Ratio. 2. Item probatum eſt ſupra, quod natura humana tota eſt infecta peccato corporaliter, & ſpiritualiter; & ſic per conſequens eſt privata beatitudine, & gloria, & tendit ad pœnam æternam: quia ofendit Deum, qui eſt æternus: ſi ergo non eſſet recreatio, per quam fieret ſatisfactio generalis; ſicut peccatum, & ofenſa fuit generalis; omnes homines, tam juſti juſtitia morali, quā injuſti damnarentur æternaliter; quod eſt impoſsibile: quia juſtitia Dei nō diſcerneret inter juſtum, & injuſtum: quia haberet ſubjectum confuſum, & non diſtinctum: neque miſericordia Dei haberet ſubjectū, in quo poſſet habere actum ſuum: neque poſſet ſalvare aliquem hominem ſine recreatione, per quam fiat ſatisfactio de peccato: (*vide infra huius explicationem tex.* 8.) oportet ergo recreationem eſſe:

Ratio. 3. Præterea ſi non eſſet recreatio, non poſſet Deus judicare peccatores ad pœnam æternam pro peccato actuali, quod majus eſt in illo, qui peccat

peccato actuali; quam ſit peccatum originale: nam qui ſemel judicatus eſt ad pœnam æternam, non poteſt iteratò ad pœnam æternam judicari: ſed omnes homines, tam juſti juſtitia morali, quam injuſti ſunt judicati ad pœnam æternam ratione peccati originalis: ergo peccatores, qui ſunt in peccato actuali non poterunt judicari ad pœnam æternam, nec ad privationem beatitudinis; cum jam ſint judicati: (*vide infra hujus explicationem tex.* 9.) & ſic juſtitia Dei eſt defectiva in non judicando peccatum actuale, quod majus eſt; & in judicando peccatum originale, quod minus eſt: ſed hoc eſt impoſsibile: ergo oportet recreationem eſſe.

Ratio. 4. Vlterius virtus, & vitium ſunt contraria immediatè: ſed per virtutes nullus homo quantumcunq; juſtus poſſet ad beatitudinem pervenire, ſi non eſſet recreatio, per quam fieret ſatisfactio de peccato originali: ergo nec per vitium, ſeu peccatũ actuale aliquis quantumcunq; peccator habebit pœnam æternam: nam ſicut virtus non poteſt eſſe cauſa gloriæ; nec vitium cauſa pœnæ: (*vide infra hujus explicationem tex.* 10.) ſed hoc eſt impoſsibile: oportet ergo recreationem eſſe.

Ratio. 5. Item impoſsibile, & irrationabile eſt, Deum aliquid conſervare, & facere durare in eſſe abſq; aliquo fine, & vtilitate: ſed Deus gubernat mundũ, & cõſervat, & cõſervavit in eſſe á tẽpore peccati primorũ parentũ vſq; nunc: ergo hoc facit propter aliquẽ finem

finem, & vtilitatem: ſed ſi non eſſet recreatio, per quam fieret ſatisfactio de peccato, quo natura humana privatur á ſuo fine; multiplicatio, & generatio, ſeu eſſe hominum, & eorum, quæ ſunt propter hominem ad nihilum eſſent vtilia, nec pervenirent ad aliquem finem: ergo non debuit, nec debet facere durare multiplicationem hominum. Si autem dicatur, quod facit durare multiplicationem hominum; vt iuſtitia puniat homines pro peccato originali: ergo faciet durare generationem ſemper; vt ſemper puniat: & ſi ſemper facit durare; nũquam veniet ad complementum ſua iuſtitia, & ſua punitio: & non faciet durare multiplicationem hominum propter aliquem finem: ex quo non habebit finem, quod eſt contradictio: oportet ergo recreationem eſſe.

Ratio. Item impoſsibile eſt creaturam aliquã plus
6. poſſe deſtruere, quam Deus poſsit reparare, vel conſtruere: quia plus poſſet creatura, quã Deus; & ſic Deus non eſſet Omnipotens: ſed homo per peccatum deviavit ſe á fine ſibi indito, & naturali: ergo Deus poteſt eum ad priſtinum finem reducere: talem autem reductionem dicimus recreationẽ: ergo Deus poteſt hominem recreare: & ſi poteſt recreare, recreavit: quia ſicuti in creatione hominis, quia voluit creare hominem, potuit: & ſic Divina Potentia fuit concomitata voluntatem: ſic in recreatione; ſicut poteſtas Divina poteſt recreare; debet voluntas Divina concomitare poteſtatem: vt quod poteſtas

poteſt, voluntas velit: cum inter poteſtatem, & voluntatem Divinam non ſit differentia. (*vide infra huius explicationem tex.* 3.) & ſi objiciatur quod multa poteſt Deus facere, quæ non vult facere: dicendũ, quod omnia quæcunque Deus poteſt facere, quæ ſi non facit, ſequitur inconveniens, vult facere, eo quia debet; cũ ſuũ poſſe, & ſuũ velle coincidant: (*vide infra huius explicationem tex.* 1.) quia ergo ſi nõ eſſet recreatio ſequeretur, quod Deus nõ aſſequeretur in natura humana finem, ad quem creavit eam, & quod Deus non haberet pietatem, nec miſericordiam erga naturam humanam, ipſa pœnitente de peccato, quod eſt inconveniens; oportet quod hoc faciat, ne ſequatur aliquod inconveniens de præmiſsis, etiã & plura alia: ergo oportet recreationem eſſe.

Quod Deus ſit glorificator, quod eſt ſeptimus articulus.

PRobavimus quod natura humana á ſui creatione, & inſtitutione eſt á Deo ad æternam beatitudinem, & gloriam ordinata: ſed per peccatum primorum parentum eſt á ſuo fine deviata: & per conſequens æterna gloria, & beatitudine privata: & ſic æternæ miſeriæ ſubjecta. Inde arguitur ſic.

Ratio. Omnis natura ad beatitudinem, & æternam
1. gloriã ordinata; & ab ipſa beatitudine deviata, ſi reparetur, & reducatur ad ſtatum priſtinũ, & finẽ ſibi inditum, eſt ad eandem æternã gloriã, & beatitudinẽ

reſtitu-

reſtituenda: ſed per recreationem, quam probavimus Deum facere debere, reſtituetur, & reparabitur natura humana ad finē priſtinū, & ad terminū ſibi á Deo inditū: aliter recreatio non eſſet recreatio: ergo ſicut Deus naturam humanam inſtituit, & ordinavit ad æternam beatitudinem, & gloriam: ſic naturam humanam, per peccatum lapſam, reſtitutam, & recreatā reſtaurabit ad æternam beatitudinem, & gloriam: aliter non ſufficienter recreaſſet: ergo hominum recreatorum iuſtorum erit Deus glorificator.

Ratio. Itē manifeſta experientia probamus, quod
2. homines quanto ſunt iuſtiores in hoc mundo, plus habent laboris corporaliter, & ſpiritualiter; corporaliter: quia plus dant ſe jejunijs, lachrymis, & orationibus: ſpiritualiter: quia plus dolent de ofenſa Dei ratione peccatorum, quæ multiplicantur in hoc mundo: ſi ergo Deus non daret eis aliam gloriā, quam iſtam, quæ eſt in hoc mundo; iuſtitia Dei eſſet defectiva in hoc, quod daret hominibus minús iuſtis, & peccatoribus multo plus de gloria, quam magis iuſtis. Si autem dicatur, quod Deus non dat gloriā, quæ eſt in hoc mūdo; ſequitur, ſi nō eſt alia gloria, quam gloria iſtius mundi: quod Deus nullam gloriam dabit iuſtis; ergo eſt eius iuſtitia defectiva: ſed hoc eſt impoſsibile; ergo eſt alia gloria, quam Deus dabit iuſtis.

Ratio. Præterea Deus creavit hominē ad diligendū,
3. recolen-

recolendum, & intelligendum Deum; ſed ſi non eſt alia gloria, vel vita, quam gloria, & vita huius mũdi; homo finito tempore diligit, intelligit, & recolit Deum; & infinito tempore ſtat in privatione diligendi, recolendi, & intelligendi Deum: & hoc eſt contra iuſtitiam Dei, quod ipſe permittat, amorem ſuum ſtare infinito tempore in privatione; cum Deus, eo quod eſt ſummé bonus, ſit continué, & ſemper ab hominibus diligendus: (*vide infra huius explicationem tex. 6.*) oportet ergo dare aliam gloriam, & vitam; in qua Deus æternaliter ab hominibus diligatur.

Ratio. 4. Vlterius natura humana, quæ conſtat ex anima, & corpore creata eſt ad aliquẽ finem, & terminum perfectum: ſed in hac vita non poteſt ad finem perfectum venire; cum non maneat in hac vita coniunctio corporis, & animæ; imó fiat ſeparatio: ergo oportet dare aliam vitam, in qua, vnione corporis, & animæ iterata, natura humana perveniat ad ſuum finem, & terminum: aliter non creaſſet eam Deus ad aliquem finem: ſed hoc eſt impoſsibile: ergo oportet dare aliam vitam; quam vitam dicimus gloriam.

Ratio. 5. Item natura humana creata eſt ad diligendum ſummum bonum; & per conſequens ad beatitudinem, vt ſupra probatum eſt: ſed in hac vita natura humana habere non poteſt beatitudinem perfectam, vt manifeſté videmus: oportet ergo quod

Deus

Deus det naturæ humanæ aliam gloriam, & vitam; in qua aſſequatur beatitudinem: aliter Deus fruſtra ordinaſſet naturam humanam ad beatitudinem, ſi non pertingeret beatitudinem: neque Deus eſſet ſũmum bonum, & perfectum; ſi non eſſet gloria, & beatitudo aſſequentibus ipſum: erit ergo Deus glorificator, & dator gloriæ ipſi naturæ humanæ.

De Incarnatione Filij Dei, quæ eſt octavus articulus.

PRobavimus ſeptem articulos, qui tantum pertinent ad Divinitatem: modo probare intendimus alios ſeptem pertinentes ad humanitatem; & quia primi ſex articuli, qui pertinent ad humanitatem; ſcilicet articulus Incarnationis, nativitatis, mortis, deſcentionis, reſurrectionis, & aſcentionis afirmant iſta eſſe facta: nos primo probabimus iſta fieri debere, ſecũdo facta fuiſſe; ſicut Sacroſancta Eccleſia Romana confitetur. Et ſicut in articulis, qui pertinent ad Divinitatem proceſsimus per rationes ſumptas ex dignitatibus divinis, quas in Deo eſſe probavimus in principio huius tractatus: ſic & in iſtis procedere intendimus. Et primo probabimus, quod Deus debuit incarnari. Secundo, quæ perſona de divinis debuit incarnari; & quod debuit concipi de Spiritu Sancto, quæ omnia pertinent ad octavum articulũ.

Quando Deus creavit mundum, dignitates divinæ poſuerunt ſimilitudines ſuas in mundo; ſicut

bonitas Divina in creando mundum poſuit ſimilitudinem ſuam in eo quod fecit eũ bonum, & magnitudo in eo quod fecit magnum; & æternitas in eo quod fecit mundum durabilem, & ſic de alijs: inde arguimus ſic.

Ratio. Omne illud, per quod dignitates divinæ me-
1. lius, & perfectius oſtendũt perfectiones ſuas, & ſimilitudines, & quietãt in mũdo; Deũ facere eſt neceſſariũ; cũ iſte ſit nobilior finis, propter quẽ mũdus, vel aliqua creatura poſsit creari: ad hoc enim Deus creavit mundum, vt in eo oſtenderet ſe ipſum, & ſuã intrinſecam operationem: ſed ſi natura humana eſt aſſumpta á Deo in vnitate ſuppoſiti, vel perſonæ; quæ quidẽ perſona ſit verus Deus, & verus homo: õnes dignitates divinæ habent perfecté ſimilitudines ſuas in hoc opere: quia bonitas divina non poteſt melius opus facere de creatura; nec magnitudo majus; nec æternitas magis durabile, & ſic de alis Divinis dignitatibus: ſi autem natura humana nõ eſt aſſumpta á ſuppoſito divino; nulla dignitas divina habet perfectionem, nec quietem in productione mundi; quia divina poteſtas ſemper poteſt facere majus opus in mundo, & melius quocunque opere facto alio ab iſto: ergo oportet incarnationem eſſe; vt dignitates divinæ oſtendant perfecté ſimilitudines ſuas in creatura, & quietentur in ea: (*vide infra huius explicationem tex.* 2.) cum in nullo alio opere extrinſeco poſsint quietari, niſi in iſto: in iſto autẽ quietantur dig-

dignitates omnes diuinæ, & operatio totalis mundi; tanquam in opere ſummo; & nobiliſsimo.

Ratio. Item omne id, propter quod natura huma-
2. na, quæ creata eſt ad Deum diligendũ, magis ferri poteſt, & moveri debet ad Deum diligendum; Deum facere eſt neceſſarium: aliter ſi Deus non faceret in natura humana id, per quod ipſe Deus magis poſſet diligi á natura humana; nollet ſe intimé, & totaliter ab ea diligi; quod eſt impoſsibile; cum ipſe ſit ſummum bonum; & per conſequens ſummé diligibile: vel vellet Deus ſe diligi ſummé, & totaliter á natura humana; ipſo non faciente in ea totum id, per quod plus debet eum diligere: & ſic requireret ab ea quod non debet exigere; & vellet relationem amoris veriús fundari in ea, quam in ſe ipſo; quod eſt impoſsibile: ſed id per quod natura humana magis ferri poteſt, & moveri debet ad diligendũ Deum, eſt; ſi natura humana eſt aſſumpta á Deo, & ipſi vnita in vnitate perſonæ, in qua vna, & eadem perſona eſt Deus, & homo: ergo opoitet incarnationem eſſe.

Ratio. Præterea omne id per quod omnes creatu-
3. ræ nobiliorẽ, & perfectiorẽ finem habẽt in Deo, eſt neceſſarium; cum ipſe ſit nobilior, & perfectior finis qui poſsit eſſe: & cum ipſe ſit principium omnis creaturæ; & omnia ad ſe ordinaverit, vt ſupra probatum eſt; oportet ergo, quod ſit finis, terminus, & quies omnis creaturæ: ſed ſi Deus aſſúpſit

naturam humanam; omnis creatura habet ſuum finem in Deo, & participat cum Deo, in quantum natura humana, cum qua ſola participat omnis creatura, eſt vnita Deo: ſi autem natura humana non eſt aſſumpta á Deo, nulla creatura participat cũ Deo in vnitate ſuppoſiti: ergo oportet incarnationem eſſe, per quam omnis creatura aſſequatur ſuum finem in Deo: & non ſolum quemcunque finem; imó finem nobiliſsimum, immediatum, & intimum.

Vlterius probavimus recreationem eſſe debere, per quam natura humana per peccatum primorum parentuum á ſuo fine deviata reſtituatur ad finem, & ſtatum priſtinum. Inde arguimus ſic.

Ratio. In õni reparatione, recõciliatione, & recreatio-
4. ne creaturæ ſubjectæ peccato, & ofenſæ, debité, & juſté facienda requiritur, quod fiat ſatisfactio de ofenſa illi, contra quem eſt facta; & quod ille, qui ſatisfacit, debeat, & poſsit ſatisfacere: ſed homo peccavit: ergo homo debet ſatisfacere pro peccato primorum parentum: ſed homo ſolus, nec aliqua pura creatura poteſt ſatisfacere; quia peccatum primorum parentuum eſt generale, vt probatum eſt; & infinitũ; quia eſt contra Deum, qui eſt infinitus: omnis autem creatura particularis eſt finita: ergo huiuſmodi ſatisfactio ſolum poteſt fieri per Deum, qui eſt ſupra omnem creaturam: non oportet autum fieri, niſi per hominem; quia homo peccavit: oportet

ergo quod ille, qui ſatisfacit, ſi eſt ſufficiens, & juſtus, ac debitus ſatisfactor, & reparator, ſit Deus, & homo; vt in quantum Deus poſsit ſatisfacere; in quantum autem homo debeat ſatisfacere: ſequitur ergo incarnatio. (*vide infrà huius explicationem tex.* 4.)

Ratio. Item ſapientia divina, cum ſit perfectiſsi-
15. ma, ſcit, & comprehendit illum maiorem amorem, quem Deus poteſt habere ad naturam humanam: oportet ergo quod voluntas divina diligat actum illius maioris amoris, quem ſapientia ſcit; vt inter voluntatem divinam, & ſapientiam ſit concordantia: ſed maior gradus amoris, quē ſapientia divina ſcit ſe poſſe habere ad naturam humanā, eſt quod vniat ſibi ipſam in vnitate ſuppoſiti: ergo voluntas divina diliget illum gradum: & ſi diligit, faciet: ergo erit incarnatio. Et ſi objiciatur quod ſapientia divina ſcit, quod potuit aſſumere naturam Angelicam, vel aliam naturam: ergo voluntas eius debuit velle. Reſpondemus, quod aſſumendo naturam Angelicam, vel aliam; non participaret cum omni creatura: & ſi Deus feciſſet recreationem, vel liberationē naturæ humanæ per Angelum, vel per aliam creaturam, non eſſet natura humana ſufficienter reſtituta; eo quod non eſſet in illa nobilitate, in qua erat ante peccatum: quia ante peccatum non erat ſubjecta, & obligata, niſi ſoli Deo: ſi autem per aliam creaturā eſſet reparata; eſſet illi creaturæ ſubjecta, & obligata.

Et ad iſtam objectionem, & ad alias parati ſumus latiú; reſpondere ſuo loco; nunc veró dimittimus gratia brevitatis.

De Incarnatione Filii Dei, & eius Conceptione.

PRobavimus quod Deus debuit incarnari, & aſſumere naturã humanam: modo probare intendimus, quæ perſona de Divinis debuit incarnari: Et primó probamus, quod perſona Filii Dei debuit incarnari; ſecundó probabimus, quod eius cõceptio debuit fieri per Spiritum Sanctum.

Ratio. 1. Illa perſona, quæ ſecundum proprietatem perſonalem meliús eſt appropriata, & congruentius ordinata ad participandum cum natura humana, quã probavimus debere aſſumi á Deo in vnitate ſuppoſiti, & perſonæ; & per conſequens incarnari: illam dico perſonam incarnari eſt neceſſarium: ordo enim non poteſt tolli ab operationibus divinis: ſed perſona Filij Dei ſecundũ proprietatem perſonalem eſt meliús appropriata, & congruentius ordinata ad participandum cum natura humana, & é converſo in opere incarnationis; quã perſona patris, vel Spiritus Sancti: ergo perſonam Filij Dei incarnari eſt neceſſarium. Quod autem perſona Filij Dei ſecũdum proprietatem perſonalem ſit magis appropriata ad participandum cum natura humana, patet; quia natura humana eſt filia Dei per creationem: magis

ergo participat natura humana, cum ſit filia Dei, cum perſona Filij Dei; quã cũ perſona Patris, vel Spiritus Sancti, quarum neutra eſt filia Dei. Cum etiam perſona quæ debet incarnari, & aſſumere naturam humanam; debeat naſci; vt probabitur in ſequentibus; & nativitas melius, & proprius conveniat Filio, quã Patri, vel Spiritui Sancto: ſimiliter & incarnatio melius, & proprius convenit Filio, quam Patri, vel Spiritui Sancto.

Ratio. Item omne illud, per quod perſonæ Divi-
2. næ ſunt magis diſtinctæ in proprietatibus ſuis, eſt neceſſarium: cum in Divinis ſit ſingularior proprietatum diſtinctio, & in perfectiori eſſe diſtinctionis, quod poſsit eſſe, vel intelligi: ſed ſi perſona Patris, vel Spiritus Sancti fuiſſet incarnata, fuiſſet filia Virginis Mariæ, á qua generaretur Pater: ergo eſſet Filius; vel Spiritus Sanctus eſſet Filius: non ergo eſſet in Patre ſingularis proprietas paternitatis; eo quod eſſet Pater, & Filius: nec in Spiritu Sancto eſſet ſingularis proprietas ſpirationis; quia eſſet Spiritus Sanctus, & Filius: nec eſſet in Filio filiatio ſingularis proprietas: eo quod inveniret̃ in Patre, vel in Spiritu Sancto ratio filiationis: oportet ergo quod filius ſit incarnatus; vt in Perſonis Divinis, ratione humanitatis aſſumptæ, proprietates Divinæ non ſint confuſæ; ſed maneant ſingulariter diſtinctæ; vt in Filio ſit omnis ratio filiationis.

Quod Filij Dei conceptio debuit fieri per Spiritum Sanctum.

SEcundó probamus quod eius conceptio debuit fieri per Spiritum Sanctum, & hoc ſic.

Impoſsibile eſt opus ſupernaturale fieri per generationem naturalem, ſivé per agens naturale creatum; quia nulla operatio, nec nullum agens tranſcendit limites ſuæ naturæ; ſed incarnatio, quam probavimus; per quam Deus eſt homo, & homo eſt Deus in vnitate ſuppoſiti, & perſonæ, eſt opus ſupernaturale; ergo non potuit per generationem naturalem, ſive per agens naturale creatum fieri: ergo non potuit fieri per hominem: debuit ergo fieri per Deum; & ſpecialiter per Spiritum Sanctum. Quod probamus ſic.

Ratio. In õni opere Divino extrinſeco operať totã

1\. Trinitas, aut ſecundũ vnã rationẽ communem; aut ſecundum proprietates perſonales: (*vide infra huius explicationem tex.* 20.) ſed in huiuſmodi incarnatione Pater mittit Filium, vt generetur; vt ſicut generat eum in natura Divina; ita ſuo modo generet eum in natura humana; vt in Patre ſit totalis ratio paternitatis; quam generationem appellamus miſsionem; Filius autem eſt qui generatur: cũ ergo in huiuſmodi incarnatione non ſint, niſi tria, ſcilicet miſsio, generatio paſsiva, & conceptio: Patri attribuiť miſ-

miſsio, generatio paſsiva Filio, Spiritui Sancto attribuitur conceptio; non enim debuit conceptio Filij Dei per hominem fieri: quia actus qui fuiſſet medius inter hominem, & matrem, Deum concipientem, non fuiſſet purus, & mundus; & ſic ineptus, & indecens ad vniendum naturam Divinam, & humanam. In tali etiam conceptione ſe haberet homo per modum agentis, cum ſit finitus; & natura Divina, quæ eſt infinita per modum patientis, quod eſt abſurdum. Haberet etiam Filius Dei duos patres, vnum Deum, & alium hominem: & ſic humanitas aſſumpta eſſet confuſionis cauſa ratione paternitatis in Deo Patre, qui non eſſet ſingularis Pater Filio ſuo, quod eſt inconveniens.

Ratio. Item omnis operatio, quæ eſt ſupernatura-
2. lis, & fit ex ſūmo amore oporret, quod fiat per illum qui eſt ſummus amor; ſed conceptio prædicta eſt opus ſupernaturale; & procedit ex ſummo amore, quem Deus oſtendit, & habet ad naturam humanam: ergo fiet per Spiritum Sanctum, qui eſt amor ſummus, & intimus Patris ad Filium, & é converſó: qui imprimat ſuam ſimilitudinem in matre concipiente; vt prius concipiat Filium mente, quam corpore: aliter non eſſet digna ad concipiendū; non enim debuit huiuſmodi conceptio fieri per hominē: quia non fuiſſet talis conceptio pura, ſed corrupta: eo quod fœmina concipiens non fuiſſet virgo, ſed corrupta per hominem; & ſic perſona Filij Dei non

aſſumpſiſſet carnem virginem, ſed corruptam; & ſic non eſſet ſufficiens recreator, & reparator: eo quod non reſtituiſſet naturam humanam ad illam nobilitatem, in qua erat ante peccatum: quia natura humana in primis parentibus ante peccatum erat virgo, integra, & incorrupta: nec Filius Dei eſſet perfectus ſatisfactor peccati, nec destructor; niſi fuiſſet deſtructor, & purgator infectionis, & corruptionis ſequutæ ex peccato. Si autē aſſūpſiſſet ſibi carnem ex muliere corrupta; perpetuaſſet naturā corruptā, & exaltaſſet naturā corruptā ſuprà naturam virginem, puram, & integram. Non fuiſſet etiam quantum ad carnē ita nobilis homo; ſicut primi parentes: propter quæ omnia, cum ſint impoſsibilia, oportet dare, quod non ſit conceptus per hominem; ſed per Spiritum Sanctum: & etiam quod aſſumpſit carnem de virgine: & quod in conceptione mater eius permāſit virgo.

Ratio. 5. Præterea omnis nexus ſupernaturalis oportet, quod fiat per illum, cui proprium eſt quod ſit nexus: ſed nexus, & vnio naturæ humanæ ſubſtantificatæ in Divina Perſona Filij eſt nexus, & vnio ſupernaturalis: ergo fiet per Spiritum Sanctum, qui eſt nexus Patris, & Filij, vt Spiritus Sanctus, qui eſt vnio paſsive ſumpta Patris, & Filij, ſit vnitivus naturæ Divinæ, & humanæ: vt completa ratio vnionis ſit in Spiritu Sancto, & proprietas ſingularis, & in eo ſingulariter reperta: non enim debuit concipi

per hominem: quia fuiſſet in conceptione hominis patris, & fœminæ matris ita homo; ſicut alius homo: & non poſſet eſſe incarnatio, quam probavimus eſſe oportere de neceſſitate: eo quod eſſet homo humanificatus, & ſubſtantificatus in humanitate, & non in Deitate: & ſic in quantum homo eſſet perſona; & non poſſet aſſumi á Deo in vnitate ſuppoſiti, ſeu perſonæ: quia duæ perſonæ non poſſunt eſſe vna perſona: quia ergo incarnatio eſt neceſſaria; oportet dare, quod huiuſmodi conceptio non fuerit facta per hominẽ; ſed per Spiritum Sanctum: ita quod natura humana ſit aſſũpta in vnitate perſonæ: & quod natura humana ſuſtentetur in ſuppoſito Divino, in quo habet tantó verius, & perfectius eſſe, quam ſi eſſet ſuſtentata in ſe ipſa, ſcilicet in ſuppoſito humano, vel proprio: quantó ſubſiſtentia Divini eſſe in omnibus omnem creatam ſubſiſtentiam antecedit.

Quod debuerit naſci de Virgine; quod eſt nonus Articulus.

PRobavimus quod perſona Filij Dei debuit incarnari, & quod huiuſmodi Incarnatio, ſive conceptio debuit fieri de Spiritu Sancto; vel per Spiritum Sanctum. Nunc intendimus probare, quod debuit naſci ex Virgine: & primo probabimus, quod debuerit naſci, ſecundo ex fœmina; tertio ex Virgine.

Ratio. Nulla cauſa infallibiliter, & propter finem

operans operatur fruſtra; ſed Deus eſt cauſa infallibiliter, & propter finem operans: & ordinavit, quod perſona Filij aſſumat naturam humanam; & quod huiuſmodi conceptio fiat de Spiritu Sancto, vt ſupra probatum eſt: ergo oportet, quod ad iſtam conceptionem ſequatur nativitas; aliter conceptio huiuſmodi eſſet fruſtra.

Ratio. 2. Item ſi perſona Filij Dei, quam probavimus debere aſſumere naturam humanam, non naſceretur homo; non deberet facere opera recreationis; propter quam recreationem debuit aſſumere naturam humanam, & eſſe verus homo: debuit ergo naſci, & eſſe verus homo; vt natus faceret opera recreationis.

Secundo probamus, quod debuerit naſci ex fœmina.

Ratio. Omnis vera hominis nativitas eſt ex fœmina; fœminæ enim eſt concipere, & conceptum fovere, & nutrire, & nutritum parturire: hoc autem non eſt de natura hominis: ſed perſona Filij Dei debuit concipi homo verus, & naſci homo verus; ergo debuit naſci ex fœmina: non enim debuit naſci ex homine; ne ſua nativitas eſſet contra aliorum hominum nativitates: nam ſi naſceretur ex homine, homo ille, ex quo naſceretur, eſſet eius mater: ſi enim diceretur, quod eſſet eius pater; non eſſet in Deo Patre ſingularis ratio paternitatis; eo quod non eſſet ſingularis pater ſuo filio; quia Filius Dei ha-

beret duos patres, vnũ Deum, & alium hominem.

Tertio probamus quod debuerit naſci de fœmina virgine.

Ratio. 1. Omnis proles ſupernaturalis; & nobiliſsima, ſupernaturaliter, & nobiliſsimé concepta requirit ortum ſupernaturalem, & nobiliſsimum; & matrem ſupernaturaliter parientem, & nobiliſsimam: aliter quantó plus proles ad eſſe perfectũ accederet; accederet ad ignobilitatem: ſed iſte, quẽ probavimus debere concipi de Spiritu Sancto, eſt proles nobiliſsima, & ſupernaturalis; quia Deus, & homo: & ſupernaturaliter, & nobiliſsimé concepta; quia per Spiritum Sanctum: ergo ortus eius, & nativitas debuit eſſe nobiliſsima; nulla autem nativitas eſt nobiliſsima, niſi ſit ſine corruptione: nec ſupernaturalis; niſi ſit ex virgine; nec mater parit ſupernaturaliter, nec eſt nobiliſsima; niſi pariat, & ſit ſine corruptione: ergo talis conceptus, vt diximus, debuit naſci de virgine, & ſine corruptione: vt puritati, & ſingularitati filij reſponderet puritas; & ſingularitas matris in ſublimiori gradu puritatis, qui in fœmina potuit inveniri: alias relatio inter nobiliſsimum filium, & matrem eius claudicaret; cum tamẽ oporteat, eam eſſe veriorem relationem omni alia relatione; quæ in creaturis valeat reperiri.

Ratio. 2. Item impoſsibile eſt ex puritate ſequi, vel cauſari corruptionem, vel impuritatem; cum vnum contrarium non ſit cauſa effectiva alterius: ſed

conceptio Fili Dei fuit puriſsima; quia per Spiritū Sanctum facta.ergo cū fœmina concipiens Deum,& hominem debuerit eſſe virgo, vt probatum eſt; ex tali conceptu non debuit ſequi aliqua ignobilitas, ſeū corruptio in nativitate: aliter non correſpōderet nativitas conceptioni: nec eſſet huiuſmodi conceptio ordinata ad talem nativitatem: eo quod nulla nobilitas ordinari debet ad ignobilitatem:non etiam humanitas Filij Dei eſſet in plena obedientia, & poteſtate Deitatis; nec ſuſtentata in ſuppoſito Divino; ſi natura Divina non operaretur ex ea in virtute naturæ Divinæ, cuius eſt operari ſine corruptione: ſequitur ergo quod ſit natus, & ex fœmina virgine; talem autem ſic conceptum, & natum dicimus debere appellari Ieſum ſecundum rem,& effectum: eo quod per ipſum genus humanum, quod perierat, ad ſalutem, ſicut probavimus, reſtauraretur.

Quod Dominus Noſter Ieſus Chriſtus mori debuit, quod eſt decimus Articulus.

PRobavimus Incarnationem Filij: & per conſequens naturam humanā exaltatam á Deo quātó plus exaltari potuit: & inde arguimus ſic.

Ratio. Omnis creatura quantó plus exaltatur á
1. Deo, tātó Deo debet eſſe humilior, ſubjectior, & ad illi obediendum promptior: ſed natura humana aſſumpta eſt magis exaltata á Deo in Domino Ieſu,

quam

quam exaltari poſsit: ergo natura humana in Domino Ieſu debet ſe totaliter dare, & humiliare; ac exponere ad ſerviendum Deo, & ad omnia quæ poteſt pro Deo ſuſtinere in ſummo gradu humilitatis, laboris, afflictionis, & obedientiæ; ſed ſummus gradus humilitatis, obedientiæ, laboris, & afflictionis eſt mors: ergo natura humana in Domino Ieſu debuit ſuſtinere mortem, & quoſcunque labores pro Deo; vt ſummæ exaltationi factæ humanitati á Deitate in Domino Ieſu reſponderet ſumma humilitas, & obedientia, exhibita Deitati ab humanitate in ipſo Domino Ieſu.

Ratio, 2. Item contrariorũ contrariæ ſunt cauſæ; ſed peccatum primorum parentum fuit perpetratũ cum delectatione: ergo Dominus Ieſus, qui ſolus poteſt, & debet ſatisfacere pro dicto peccato; quia eſt Deus, & homo, debet ſatisfacere pro ipſo peccato cũ paſsione, quæ ſit in altiſsimo, & ſummo gradu paſsionis; vt tranſcendat delectationem peccati: vt peccatum deleat ratione ſatisfactionis: nulla autem paſsio eſt in tam ſummo gradu paſsionis, ſicut mors; ergo Dominus Ieſus debuit mori; vt ſua morte ſatisfaceret pro peccato originali.

Ratio. 3. Præterea primi parentes per peccatum originale inobedientes fuerunt, & deviaverunt ſe á Deo totaliter; quia & quantum ad voluntatẽ, & quantum ad corpus: ergo Dominus Ieſus, qui debuit ſatisfacere, debuit ſe dare Deo totaliter, &

quantum ad voluntatem, & quantum ad corpus: non potuit autem totaliter ſe dare Deo; niſi vellet mori pro Deo, & moreretur: ergo Dominus Ieſus in quantum homo debuit mori pro Deo: ergo & voluit mori.

Ratio. 4. Vlterius impoſsibile eſt recreatorem naturæ, & reparatorem ſufficientem ad ſatisfaciendum, imó ſufficientiſsimum, & nobiliſsimũ tranſcendi, & ſuperexcelli in obedientia, vel in aliquo opere recreationis, reparationis, & ſatisfactionis ab aliquo, qui non eſt recreator, & reparator: ſed ſi Dominus Ieſus, quem probavimus fore recreatorem, & reparatorem ſufficientiſsimum, & nobiliſsimum; quia eſt Deus & homo, non fuiſſet mortuus: quãtum ad paſsionem mortis, & meritum poſſet ſuperari ab aliquo, qui poſsit mori pro Deo: ergo oportuit, eum mori pro Deo in quantum homo: vt nullus homo tranſcendere eum poſsit in obedientia, paſſione, & merito. (*vide infra huius explicationem text.* 11.)

Ratio. 5. Item omne id per quod Dominus Ieſus, quẽ recreatorẽ probavimus, magis poteſt elevare, & animare homines ad honorandum Deum; & per conſequens ad obediendum Deo, eſt neceſſarium: eo quod natura humana debet Deo reverentiam, & obedientiam totaliter, & in ſummo; iſtud etiam eſt nobilius opus, quod creatura poſsit Deo impendere; ſed Dominus Ieſus non poteſt per

aliquid tantum elevare, & animare homines ad honorandum Deum, & ſuſtinendum pro Deo multas tribulationes, & etiam, ſi oportet mortem; & per conſequens ad totaliter obediendum Deo; ſicut ſi ipſe Dominus Ieſus verus Deus, & verus homo mortuus eſt propter hominem: ergo oportuit eum mori; vt ſuo exemplo omnes homines ad totalem Dei dilectionem, & completam obedientiam, & reverentiam animaret.

Quod deſcenderit ad inferos, quod eſt vndecimus articulus.

PRobavimus peccatum originale eſſe generale ad omnes homines corporaliter, & ſpiritualiter; & per conſequens omnes homines privari beatitudine, & viſione, ſeu fruitione ſummi boni, quæ quidem fruitio eſt ſumma Beatitudo; alias ipſe Deus non eſſet ſummum bonum; & per conſequens ex quo omnes homines, ratione peccati originalis recedunt á ſummo bono, moriuntur corporaliter; & animæ eorum poſt mortem corporis, ratione ejuſdem peccati deſcendunt ad infimum; eo quod ratione peccati, & ofēſæ Dei debent poni ſuptùs omnem creaturam; cum ratione inobedientiæ ſint viliores omni alia creatura: ſicut ſi non fuiſſet peccatum originale, aſcenderent ad ſummū. Inde arguimus ſic.

Ratio. Omnis reparator juſtus, & perfectus debet fa-
1. cere ōnia opera reparationis, & recreationis: ſed

Dñs Ieſus fuit juſtus reparator, & recreator naturæ humanæ, vt probatū eſt: ergo facta reparatione, & recreatione, per ſatisfactionem de peccato originali, debuit deſcendere ad inferos: vt educeret de infimis, & infernis eos, qui ratione peccati originalis apud inferos detinebantur; vt ſicut voluit mori pro recreādis, & reparandis; ſic deſcendere voluerit ad liberandum recreandos, qui in infimis, & inferis tenebantur.

Ratio. 2 Item nihil naturalius, quam id eo modo diſſolvi, quo & ligatum eſt; ſed primi parentes per peccatum originale, & per actum proprium dejecerunt ſe, & totam poſteritatem ſuam ad inferos: ergo Dominus Ieſus, qui ſatisfecit de illo peccato, debuit eos extrahere ab inferis, & reducere ad ſuperos; vt ſicut prævaricator fuit captivans, & ligans; ſatisfactor ſit diſſolvens, & liberans; aliter immediatior cauſa fuiſſet prævaricator captivationis; quā ſatisfactor liberationis: & licet natura Divina ſit vbique; debuit facere quod natura humana, quantùm ad animam rationalem deſcenderet ad animas eorū, quæ ratione peccati originalis detinebantur apud inferos; vt ſicut tota natura humana Domini noſtri Ieſu-Chriſti fuit præſens in paſsione, per quam recreavit humanū genus; ſic anima eius fuerit præſens in recreatarum animarum ab inferis liberatione; vt totum toti correſpondeat, & pars parti.

Ratio. 3 Præterea impoſsibile eſt, Deum, cum ſit

juſtus

juſtus iniuſtè operari: ſed in eodem inſtanti indiviſibili, in quo fuit facta ſatisfactio pro peccato, debuit fieri ab inferis liberatio illorũ, qui in inferis detinebãtur ratione peccati originalis; aliter iniuſté detinerẽtur: ergo oportuit Dominum Ieſum quantum ad animam, quæ coniuncta erat Deitati, ad inferos deſcendere; (*vide infra huius explicationem tex.* 12.) nã ſi aliquam aliam creaturam miſiſſet ad inferos, eſſet ſucceſsio inter ſatisfactionem, & detentorum liberationem, ratione ordinationis miſsionis alterius. Si etiam Deus liberaſſet eos abſque deſcenſu humanæ naturæ; eſſet etiam ibi ſucceſsio; eo quod in eodem inſtanti, quo facta eſſet ſatisfactio, non eſſet detentis nota liberatio; eo quod non poſſent in eodem dicto inſtanti comprehendere, quod per naturam humanam fuerit facta ſatisfactio, ex quo non eſſet præſens natura humana quantum ad animam.

Ratio. Vlterius omnis plena; & perfecta peccati
4. ſatisfactio debet fieri per actus contrarios peccato, vel ofenſæ, ex quo ſequitur damnatio: ſed propter peccatum primorum parentum, qui ad vitã creati erant; mors aſcendit ad vitam, & devicit eam; eo, quod viventes ſibi ſubiugavit; & animas eorum deiecit ad locum mortis, & ad inferos: ergo recreator, & reparator, poſt ſatisfactionem factam de dicto peccato, debuit accedere. & deſcendere uſque ad mortem, & inferos; vt devicta, & calcata morte, eos, qubs mors propter peccatum originale deiecerat ad

inferos, reduceret ad vitã, & ad ſuperos; aliter mors fuiſſet magis contraria vitæ; quam vita morti; quod eſt impoſsibile: debuit ergo anima Domini Ieſu, quæ ſemper coniuncta fuit Deitati, deſcendere ad inferos.
Ratio. Item omnis plena, perfecta, & totalis ſatiſ-
5. factio requirit de neceſsitate id per qđ fit dictæ ſatisfactionis plenior, & perfectior manifeſtatio; ſed ſi anima Christi coniuncta Deiati deſcendit ad inferos, vbi detinebantur mortui propter peccatum originale, fuit facta manifeſtatio ſatisfactionis dicti peccati, tam liberandis, qui erant liberandi ab inferis; quam non liberandis: manifeſtatur etiam ipſius liberatoris, & reparatoris victoria, & dominium; ac ad liberandos maior pietas, dominium, & humilitas: ergo debuit deſcendere ad inferos, ad liberandum illos, qui fidem in eius adventu habuerunt.

Quod Dñs Ieſus Chriſtus debuit reſurgere á mortuis, quod eſt duodecimus articulus.

PRobavimus, quod Dominus Ieſus mori debuit in quantũ homo; & per eius mortem mundum fuiſſe recreatum. Inde arguimus ſic.
Ratio. Quandocunque aliqua duo naturaliter, &
1. ſubſtancialiter vniuntur, ſi propter aliquid faciendum, vel habendum ſeparentur, illo facto, vel habito, propter quod ſeparabantur, debent iteratò ſubſtantialiter vniri; aliás non ſeparabantur propter id tantum: ſed anima, & corpus Domini Ieſu fue-

runt ſubſtantialiter vnita; aliter non fuiſſet verus homo: & mors eius, in qua fuit ſeparatio animæ á corpore, fuit, vt per mortem eius fieret de peccato originali ſatisfactio, & humani generis reparatio: ergo facta ſatisfactione, & reparatione, debuit anima eius vniri corpori; aliter non fuiſſet mortuus propter peccati ſatisfactionem, & generis humani reparationem; ſed propter aliquid aliud, quod non eſſet jam factum; ſed hoc eſt impoſsibile, & falſum, vt patet ex præmiſsis: ergo oportet, quod anima eius ſit iteratò corpori vnita: ſequitur ergo quod reſurexit. Et ſi dicatur contra nos, quod ſecundum iſtam rationem videtur probari, quod immediaté poſt mortem debuit reſurgere: dicendum, quod non eſt verum: quoniam ſi citó, vel quaſi ſtatim poſt mortē reſurgeret; poſſet dubitari de morte eius, & credi, quod non fuiſſet veré mortuus; ſed forte in extaſi poſitus; quare mors eius debuit declarari per mortis, & reſurectionis congruum intervallum.

Ratio. Item pro bono opere non debet irrogari
22 alicui iniuria; ſed potius honor, & reverentia; ſed opus ſatisfactionis, & recreationis, quod Dominus Ieſus operatus eſt per mortē ſuam, fuit opus, non ſolum bonum; imó optimum: ergo ex illo non debet Domino Ieſu Chriſto irrogari iniuria; ſed potius honor, & reverentia: ſed ſi facta recreatione, non reſurexit; corpus eius remanſit iniuriatum: eo quod vnitum non eſt animæ, per quàm vivebat; &

ad quam habet naturalem inclinationem: remanet etiam inhonoratum; quia mortuum; cum corpus vivum ſit nobilius corpore mortuo: ergo oportet dare quod reſurexit.

Ratio 3. Præterea Deus, cum ſit iuſtus, non permittit, vt creaturæ ordinatæ ad vitā dominetur mors ſine culpa: ſed Dominus Ieſus, qui eſt verus Deus, & verus homo mori voluit, & debuit, vt ſupra probavimus, non pro ſua culpa; quia nullam culpam habuit: ſi enim culpā habuiſſet, nō potuiſſet ſatisfeciſſe de peccato originali; nec fuiſſet idoneus reparator, & recreator: ſed mori voluit pro ſatisfactione peccati, & culpæ originalis primorū parentū, & reparatione humani generis: ergo facta ſatisfactione, & reparatione, non debuit mors Domino Ieſu dominari; nec pro culpa ſua, quam nunquam habuit, nec pro aliena, quam jam delevit: ergo reſurexit.

Ratio. 4. Vlterius impoſſibile eſt, inter naturā Divinam, & humanam in Domino Ieſu eſſe contrarietatem; cum inter vtramque naturam in Domino Ieſu ſit ſumma concordantia, & vnio; & per conſequens ſummus amor, & intimus; ſed anima Domini Ieſu naturaliter appetit ſuum corpus, & maximé ex quo facta eſt reparatio, & recreatio: ergo natura Divina volet animæ ſuum corpus reſtituere; aliter eſſet inter vtrāq; naturā, Divinā ſcilicet, & humanā in Domino Ieſu, quantum ad voluntatē contrarietas: & ſi debet velle, & poteſt facere, cū ſit Omni-

po-

potens, faciet: reſurexit ergo Dñs Ieſus á mortuis.

Ratio. Item quantó aliquid intimiús vnitur aliqui-
5. bus; tantó, ſi fiat ſeparatio inter ea, vehementius appetit vnionem illorum: ſed natura Divina in Domino Ieſu, ſeu Deus intimius ſibi vnivit naturam humanã; quam eius anima fuerit vnita ſuo corpori; eo quod natura humana erat ſuſtantificata in ſuppoſito Divino, in quo erat & ipſa natura: cum ergo anima eius appetat vniri ſuo corpori, recreatione facta, á quo fuit ſeparata propter recreationem faciendam: natura Divina, ſeu facta Deus recreatione, fortiús appetit vnionem corporis, & animæ Domini Ieſu: ſequitur ergo quod Dominus Iesvs reſurexit.

Quod Dominus Ieſus ad Cælos aſcenderit, quod eſt terdecimus Articulus.

PRobavimus, quod Dominus Iesvs reſurexit: nunc probare intendimus, quod ad Cælos aſcenderit.

Ratio. Nobiliſsimæ naturæ corporali debetur lo-
1. cus nobiliſsimus; vt inter locatum, & locans ſit proportio: ſed natura humana eſt nobilior omni alia creatura corporali; & inter omnes homines Dominus Iesvs eſt nobilior homo, qui fuerit, vel eſſe poſsit: ergo ſibi debetur locus nobiliſsimus: ſed locus quantó ſublimior, tantó nobilior; ergo ad Cælos, vt ad locum nobiliorem, & ſibi debitum, & proportionatum aſcendere debuit.

Ratio. Item illa creatura, per quam omnia creatã
2. ſunt reparata, & ad finem debitum reſtituta, eſt ſuper omnia creata collocanda; & omnia creata debent ei eſſe ſubmiſſa, & reverentiam exhibere: ſed per Dominum Ieſvm omnia creata ſunt reparata, & ad finem debitum reſtituta: natura enim corporalis eſt ad finem debitum per eum reſtituta; eo quod natura humana, propter quam omnia corporalia ſunt creata, eſt per eum reſtituta; & reparata natura etiam ſpiritualis; eò quod participat cum natura humana, quantum ad animã, quæ eſt ſubſtantia ſpiritualis; & quia eſt ad Dominum Ieſvm ordinata; eo quod ipſe eſt nobilior omni creatura: ergo ſuper omnem creaturam collocari, & aſcendere debuit; & in eius aſcenſu omnis creatura eidem famulatum, & reverentiam debuit exhibere: aliter ſtaret contra naturam ſuam, & omnium creatorum: ſicut enim ſi oleum eſſet in centro aquæ; ſtaret ibi contra naturam ſuam, cuius eſt aſcendere ſupra aquam; etiam ſtaret contra naturam aquæ; eo quod occuparet locum aquæ: & niſi impediretur, aſcenderet ſupra aquam naturaliter: quinimo & aqua eidem cederet naturaliter; & ſe vt gradum, vel ſcalam in eius aſcenſu exhiberet: ſic imò multo fortius Dominus Ieſvs debuit ad Cælos aſcẽdere: aliter ſi ſtaret citra, ſtaret violenter, & contra naturam ſuam, & omnium creatorum: quam violentiam non poteſt aliquid creatum, neque potuit inferre, vt patet ex præmiſsis; nec Deus, qui ſemper cum juſtitia operatur.

Præ-

Ratio. 3. Præterea omni naturæ ad beatitudinem ordinatæ debetur locus, qui meliús eſt ad beatitudinem diſpoſitus; ſed Dominus Iesvs, in quantum homo, eſt ordinatus ad beatitudinem in ſummo: ergo ſibi debetur locus ad beatitudinem ſummé diſpoſitus: talis autẽ eſt locus cæleſtis: ergo debuit ad cælos aſcendere.

Ratio. 4. Vlterius omni naturæ ſanctæ, & incorruptibili debetur locus purus, nõ terrenus, nec corruptioni deditus; ſed elongatus á corruptione; ſed Dominus Iesvs eſt natutæ puriſsimæ, ſanctiſsimæ, & incorruptibilis: ergo debetur ſibi locus non terrenus, nec corruptioni deditus; ſed puriſsimus, & á corruptione elongatiſsimus; locus autem cæleſtis eſt talis: ergo ſibi debetur locus cæleſtis: ergo debuit ad cælos aſcendere.

Ratio. 5. Item omne id, per quod gloria, & pœna, cum ſint contrariæ, & beati, & damnati magis diſtant ab invicem, eſt neceſſarium: ſed damnatis debetur locus infimus, ſcilicet centrum: ergo beatis, & ſanctis debetur locus ſummus; talis autem eſt locus cæleſtis; cum ergo Dominus Iesvs ſit beatior, & ſanctior omnibus aliis ſanctis; debet eſſe in altiori loco, quam cæteri beati, & ſancti; debuit ergo ad cælos aſcendere.

Quod articuli ſex, qui pertinent ad humanitatem, quos probavimus debere fieri, ſunt jam facti.

PProbavimus, quod Deus debuit aſſumere naturam humanam: & per conſequens, quód fuit verus homo; & quód debuit naſci, mori, deſcendere ad inferos, reſurgere á mortuis, aſcendere ad cælos. Et quia fides Catholica credit, & aſſerit, iſta jã eſſe facta; nos intendimus probare iſta omnia eſſe facta, ſicut Sacroſancta Romana Eccleſia confitetur. Et licet videatur, quod ad probandum, quod iſta ſint jam facta, non poſsint haberi rationes, cum ſit quæſtio facti; ad quod probandum non poſſunt induci, niſi teſtes, vel inſtrumenta in aliqua ſecta, vel ſcientia. Quis enim probabit, Moyſen legem Iudæorum á Deo accepiſſe; & ipſum Moyſen eam iudæis tradidiſſe; niſi credatur ſcripturis iudæorum? Quis probabit Machometum ſectam Sarracenorum inſtituiſſe, niſi credatur ſcripturis, & libris eorum? Quis probabit Imperatorem Iuſtinianum legalem ſcientiam, vt hodie traditur, inſtituiſſe; ſi non credatur libris legalibus? Quis probabit Romulum condidiſſe Romam, ſi non credatur libris, & geſtis Romanorum? Et ſic diſcurrendo per omnes ſcientias, & facta præterita, invenietur, quod non poteſt probari, quod ab illis, qui dicuntur factores, vel inventores, ſint facta, vel inventa; ſi non credatur teſtibus, ſi extant, vel atteſtationibus teſtium, ſi ipſi non extant, vel aliis ſcripturis. Et ſi de atteſtationibus teſtium, & per ſcripturas fides ſumatur, & probatio; nulla ſecta ita eſt vallata, & roborata atteſtationib' teſtiũ, ſcripturis,

& inſtrumentis; ſicut fides Chriſtiana, quam Sacroſancta Romana Eccleſia confitetur: quæ enim ſecta tot habet teſtes, quot fides Chriſtiana? pro qua teſtificanda, & confitenda, millia millium hominum ſunt martyrizata: imó quod ſingulare eſt, & mirabile; nulla ſecta moriendo fundata eſt, nec multiplicata; nec lætatur de morientibus, niſi ſola fides Chriſtiana. Quæ ſecta tot ſcripturas, tã altas, tã multiplices, omnes ad vnam fidei Chriſtianæ veritatem cócurrentes habet; ſicut fides Chriſtiana? Imó ſi ſcripturæ aliarum ſectarum librentur, & comparentur ad ſcripturas fidei Chriſtianæ; non videntur ſcripturæ; ſed potius quædam rudimenta, & deliramenta: quinimo fides Chriſtiana tam evidentibus ſignis, & miraculis eſt probata, & per Dominum Noſtrum Ieſum-Chriſtum, & eum ſequentes tam evidenter tradita, ac etiam declarata, quod dicta ſigna, & miracula non potuerunt fieri, niſi á Deo: neque per ipſum Dominum Ieſum-Chriſtum potuiſſent talia fieri; qualia fecit; nec tam evidenter tradi, & declarari quæ nobis tradidit; niſi ipſe eſſet verus Deus, & verus homo: & per conſequens vera omnia, quæ nos facere docuit, & faciendo firmavit. Et licet ex quo Chriſtiani habent ſubſtantiam veritatis, deberet eis credi de accidentibus, vtpoté de actore, & tẽpore; ſicut creditur Iudæis de Moyſſe, Sarracenis de Machometo, Romanis de Romulo, legiſtis de Iuſtiniano; eo quod ipſi habent factorũ per eos ſubſtantiã. Nos

tamen ad abundantiam noſtri tractatus, & laudem fidei Chriſtianæ, ad probandum illum, quem fides Chriſtiana confitetur, verum Ieſum-Chriſtum eſſe; & per conſequens vera eſſe quæ fecit, & docuit; ſpeciales intẽdimus inducere rationes: & probato, quod ipſe, quem fides Chriſtiana confitetur, ſit verus Ieſus; probatum erit, quod eſt incarnatus, natus, mortuus, & ſic de alijs articulis.

Probavimus maiorem veritatem, quæ ſit, vel poſsit eſſe, quantum ad articulos fidei Chriſtianæ, quos veros eſſe probavimus. Inde arguimus ſic.

Ratio. 1. Impoſsibile eſt optimam, & altiſsimam veritatem inveniri, & doceri á pejori, & infimiori homine, & ab illo, qui fuit falſior homo, & maior inimicus Dei, qui fuerit, vel eſſe poſsit: quia ſequeretur, quod peior homo de mundo, & falſior ſuperaſſet omnes bonos homines in inventione, & doctrina: & ſic vnus & idem homo fuiſſet peior homo, & melior totius mundi: ſed ſi ille Iesvs Chriſtus, in quem Chriſtiani credunt, vel quicunque alius, qui ſe Chriſtum dixit, & hanc veritatem articulorum, quos probavimus, docuit; non fuit verus Iesvs Chriſtus: ipſe fuit peior homo, qui fuerit, vel eſſe poſsit, & maior inimicus Dei; quia docuit ſe Deũ eſſe, & fecit ſe Deum, cum non eſſet; & fædavit, & corrupit maiorem veritatem, quæ eſſe poſsit: ergo iſtam ſummam veritatem invenire non potuit, & docere: cũ ergo iſta ſumma veritas, quã probavimus

ad Chriſtianos pervenerit; oportet illum, á quo iſta ſumma veritas ad Chriſtianos pervenit, veracē fuiſſe; & ex conſequenti vera docuiſſe.

Ratio. 2. Præterea Deus, cū ſit ſummé ſapiens, & ſūmé bonus, ſic debet diſponere operationes ſuas, quod in eis non ſit confuſio, & falſitas: ſed ſi Dominus Iesvs nondum venit; Chriſtiani, qui fuerunt, & ſunt, ſunt in errore, quantum ad hoc, quod nondū venit, quem dicunt veniſſe: cum ergo probaverimus, quod venire debeat; ſi nondum venit; quando veniet, non credent in eum Chriſtiani; quia iam credunt eum veniſſe: nec Iudæi, nec Sarraceni, nec aliqui alij credent in eum; quia nulli credunt eum, eſſe debere talem, qualem eum nos eſſe debere probavimus: ergo quando veniet, adventus eius erit ignotus, & inutilis; eo quod non credetur ei ab aliquo: & illi, qui non credent in eum, habebunt excuſationem de incredulitate eorum; eo quod ille qui veniet, ſi verus Chriſtus eſt, docebit eandem veritatem, quā Chriſtiani tenent, quam nos veram eſſe probavimus: & poterunt rationabiliter dicere, quod non credent in eum; eo quod poſſent ita in eo decipi; ſicut Chriſtiani, qui eandem veritatem creduut, fuerunt decepti in eo, qui ſe dixit Chriſtum, cum Chriſtus non eſſet: & maximé, quia ille qui veniet; cum debeat eſſe, vt probavimus, verus Deus, & verus homo; nō poſsit illū, in quem Chriſtiani credunt, qui non fuit verus Deus, nec verus homo, tranſcēdere in doctrina;

Ratio Item omnis veritas magis dependet ab illo,
3. qui eã primo invenit, & docuit; quã ab illo, qui eam non invenit: ſed veritas articulorũ fidei Chriſtianæ, quos veros eſſe probavimus, inventa eſt, & incepta, quantum ad eiuſdem veritatis manifeſtationem, & doctrinam, ab illo, á quo Chriſtiani eam habuerunt: ergo magis dependet ab eo; quam ab aliquo alio, qui poſt eum eam docuit, vel docebit, & non invenit: ſed ſi ille, á quo Chriſtiani habuerunt iſtam veritatem, non fuit verus Chriſtus; ſed eſt adhuc venturus; verius dependet veritas prædicta ab illo, qui non fuit Chriſtus: quia primo invenit eam, & docuit; quam ab illo, qui erit verus Chriſtus: ſed hoc eſt impoſsibile: oportet ergo dare, quod ille, qui dictam veritatem manifeſtavit Chriſtianis, fuerit verus Chriſtus, & talis, qualem ſe eſſe docuit; ne nobiliſsima veritas á falſitate incipiat.

Ratio. Vlterius impoſsibile eſt, altiſsimam, & in-
4. finitam veritatem inveniri in ſublimi gradu eius ab aliqua creatura, per ſe naturaliter, ſine lumine ſupernaturali, & adiutorio Dei: ſed veritas articulorum, quos probavimus, eſt altiſsima, & infinita veritas, quantum ad articulos, qui pertinent ad Divinitatem: & eſt maior veritas, quæ eſſe poſsit in aliqua creatura, quantum ad articulos, qui pertinent ad humanitaté: & in tantum eſt iſta veritas altiſsima, infinita, & magna; quod hodie etiã, poſtquam dicta veritas eſt manifeſtata Chriſtianis, aſſeritur á multis

Chriſ-

Chriſtianis, quod ad iſtam veritatem non poteſt homo venire per rationem; ſed ſolũ per fidem: ergo nulla creatura per ſe, & ſine adiutorio Dei ipſam invenire potuit. Et ſi dicatur, quod á Deo eſt manifeſtata; ſequitur ex præmiſsis; quod Deus cum ſit juſtus, & ſapiens, non debuit eam manifeſtare homini falſo, & in falſitate perſiſtenti ante dictam manifeſtationem, & poſt: nec debuit eam manifeſtare cum falſitate temporis, & perſonæ; ne ſummam veritatem principiaret in falſo ſubjecto: quia Deus hoc faciendo, faceret altiſsimæ veritati maiorem iniuriã, quæ altiſsimæ veritati poſſet fieri; imó ipſe Deus, cũ ſit ſummé bonus, non debet ſuſtinere, quod ſumma, & nobiliſsima veritas habeat falſum principiũ: ſed ſi ille, quem credunt Chriſtiani veniſſe, nondũ venit; omnes Chriſtiani ſunt in falſitate, & omnes alij á Chriſtianis ſunt etiam in falſitate: quia non credunt, eum eſſe debere talem, qualem eum eſſe debere, probavimus: ergó oportet, cum veritas dictorum articulorum pervenerit ad Chriſtianos, quod á Deo ad eos pervenerit; & in vero homine fuerit ſuſtentata, & principiata: & per conſequens talis veritas eſt vera, non ſolum quantum ad eius ſubſtantiam; ſed etiam quantum ad perſonam, & tempus, & alia accidentia.

Ratio. Item ſi Dominus Iesvs Chriſtus, in quem
5. Chriſtiani credunt, & cuius doctrinam amplectuntur, nondũ venit; Chriſtiani, Iudæi, Sarraceni,

& quæcunque alia ſecta, eſt in errore, & falſitate: Chriſtiani enim, licet credant articulos fidei Chriſtianæ, quos veros eſſe probavimus; & quantum ad hoc ſint in veritate: tamen ſi ille, quem credunt veniſſe, nondum venit; ſunt quantum ad hoc in errore & falſitate. Iudæi etiam, & Sarraceni, & quæcunque ſint aliæ ſectæ ſunt in falſitate: quia nulla ſecta alia á Chriſtianis credit eum debere eſſe talem, qualem eſſe debere probavimus: ſequitur ergo, quod omnes homines, qui ſunt, & qui fuerunt, ſint in errore. Nec aliquis homo habet notitiam de Deo; nec aliquis homo eſt amicus Dei; neque Deus habet populum; neque Deus diligit veritatem; eo quod nō eſt ſibi cura de manifeſtatione veritatis; nec Deus cōpatitur hominibus; cū omnes homines permittat in falſitate perſiſtere, & errore; quæ omnia ſunt ſatis evidenter irrationabilia. Sequitur etiam vlterius, ſi dicta ratio diligenter conſideretur, quod nec á modó venire poterit; eo quod nulla ſecta credat, illum, qui venturus eſt, eſſe talem, qualem eſſe debere probavimus: & ſic in nulla ſecta invenietur aliqua fœmina, quæ ſit idonea ad eum concipiendum, ex quo non credet in eum: nec aliquis populus eſt diſpoſitus ad eum recipiendum, ex quo non habet fidem in eo: & ſic non erit Incarnatio, nec recreatio, quam neceſſariam eſſe probavimus: oportet ergo, quod Dominus IESVS Chriſtus, in quem credunt Chriſtiani, ſit verus IESVS: & per conſequens ſua Doctrina

ſit

ſit vera, & ſalubertima. Ex quo vlterius ſequitur, quod ſex articuli, qui pertinēt ad humanitatē Chriſti non ſolum debeant eſſe veri; ſed etiam ſint verificati, & facti, ſicut Sacroſancta Romana Eccleſia confitetur.

Quod Dominus Ieſus Chriſtus debeat iudicare vivos, & mortuos, quod eſt quatuordecimus Articulus.

AD probandum quod Dominus Iesvs debeat iudicare omnes homines, tám vivos, quám mortuos, volumus primó probare, quod generatio hominum habebit finem: ſecundó, quod omnes homines reſurgent cum corporibus ſuis: tertió, quod Dominus Iesvs eos debeat judicare.

Quod generatio hominum habebit finem.

PRobavimus ſuperius, quod homo totus, ſcilicet cum corpore, & anima á ſui inſtitutione eſt ordinatus ad beátitudinem: & per peccatum eſt á beatitudine deviatus: per paſsionem autem, & mortem Domini Iesv eſt totus, ſcilicet cum corpore, & anima ad beatitudinem recreatus, & reſtauratus; aliter non eſſet ſufficienter recreatus. Inde arguimus ſic.

Ratio. 1. Impoſsibile eſt materiam finitam ſufficere ad corpora infinita: ſed ſi generatio hominum nunquam habet finem; corpora hominum erunt infinita: ergo aut deficiet materia, quia creata, de qua

fiāt corpora hominum, cum ſint infinita: aut oportet ponere circulationem in corporibus hominum: ſed circulatio in corporibus hominum poni nón poteſt: cum totus homo ſit ad beatitudinem cũ anima, & corpore ordinatus, ſi iuſtus eſt: vel totus cum anima, & corpore ordinatus ad pœnam, ſi iniuſtus eſt: ergo oportet, quod generatio hominum habeat finem.

Ratio. 2. Præterea ſi generatio hominum nunquam habet finem, ſapientia Dei nom novit numerum hominum generandorum; cum generatio hominum, & multiplicatio duret in infinitum; & per conſequens numerus ſit innumerabilis, ex quo infinitus eſt: & ſic poteſtas Divina dedit naturæ humanæ poteſtatem multiplicandi homines in infinitum, quos ſapientia non novit: & eſt dfferentia inter ſapientiam Divinam, & poteſtatem; ſed hoc eſt impoſsibile: ergo oportet, quod generatio hominum habeat finem.

Ratio. 3. Item Deus qui creavit mundum, vt ſupra probatum eſt, ordinavit generationem, & multiplicationem hominum: aut ergo ordinavit eam ad aliquid, ſeu propter aliquid; aut non ad aliquid: ſi nõ ad aliquid, fruſtra ordinavit; imó ſequitur, quod nõ ordinavit, quod eſt impoſsibile. Si autem ordinavit eam ad aliquid; ipſa generatio aſſequetur illud: aliter non eſſet ordinata ad illud: & ſi illud aſſequitur, quieſcet, & terminabitur in illo; quia omne

quod movetur naturaliter ad aliquid, illo habito naturaliter quieſcit in illo: ſequit ergo, quod aut generatio hominum habebit finē: aut qđ non eſt propter aliquid facta, neque ad aliquid ordinata: ſed hoc eſt multipliciter impoſsibile: ergo oportet, quod generatio hominum habeat finem. Sequitur etiam ſi generatio non eſt propter aliquid, neque ad aliquid ordinata, quod non eſt ab agente appoſita, neque á natura; ſed á caſu, vel á fortuna; & ſic non eſt naturalis: nihil autem quod eſt á caſu, vel á fortuna poteſt eſſe perpetuum, neque á parte ante, neque á parte poſt: ergo oportet, quod generatio hominum habeat finem.

Ratio 4. Ulterius ſi generatio hominum non habeat finem; cum hominum quidam ſint boni, quidam mali; aut homines boni erunt infiniti, & homines mali infiniti: aut boni erunt infiniti, & mali finiti: aut mali infiniti, & boni finiti: non enim eſt dare quartum membrum diviſionis, ſcilicet quod boni, & mali ſint finiti: quia nullum infinitum poteſt conſtare ex finitis. Si autem boni ſint infiniti; non erit dare materiam pro corporibus malorum: quia corpora bonorum, qui ſunt infiniti, indigent tota materia, & non ſufficit eis: nullus ergo homo malus dānabitur, ex quo corpus ſuū nō poterit reaſſumere. Si etiā mali ſunt infiniti; non erit dare materiam pro corporibus iuſtorum: cum tota materia ſit neceſſaria pro corporibus malorum, neq; ſufficiat,

cum ſint infiniti: ergo oportet dare, quod aut boni ſalventur, & mali non damnentur; aut quod mali damnentur, & boni non ſalventur. Si autem boni, & mali ſint infiniti; nec omnes boni, nec omnes mali poſſunt pervenire ad beatitudinem, vel ad pœnam. Tum quia generatio hominum, quæ ponitur durare in infinitũ, indigebit materia pro corporibus generandorum; tum quia materia, cum ſit finita, non ſufficiet ad corpora infinita: & ita plures erunt non beati, quia infiniti; quã beati, quia finiti: & plures non damnati, quia infiniti; quam dãnati, quia finiti: aut nullus beatificabitur, nec aliquis dãnabitur. Sequitur etiã ſi boni ſunt infiniti, & mali infiniti, quod cum nihil ſit maius infinito, mali infiniti, & boni infiniti non erunt in numero plures, quam boni tantum, cum ſint infiniti; vel quam mali tãtum, cum ſint infiniti: ſed omnia ſupra dicta ſunt manifeſté impoſsibilia; ergo oportet, quod generatio hominum habeat finem.

Ratio. 5. Item ſi generatio hominum non habet finem; motus eſt infinitus, quia nõ habet finẽ, & tempus ſimiliter: ſed ſi tempus eſt infinitum; non habet partem finitam; cum infinitum non conſtet ex finitis: ergo hominum, qui generantur, & corrumpuntur; quorum eſſe duratio, & exiſtere eſt finitum; eorum exiſtentia, quæ eſt in tempore, non menſurabitur tempore: aut ſi menſuratur tempore, menſurabitur tempore infinito, cum ſit finita, quorũ

vtrumque eſt impoſsibile: ergo oportet, quod generatio hominum habeat finem.

Quod omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis.

HOmo, vt ſupra ſæpé dictum eſt, á ſui inſtitutione eſt ad beatitudinem ordinatus: & per conſequens ad vitam: ſed per peccatum eſt á beatitudine deviatus. Inde arguimus ſic.

Ratio. 1, Natura humana eſt recreata, & ad ſuum finem reſtituta per mortem Domini Iesv, vt ſupra probavimus: ſed ſi homo non peccaſſet, tota humana natura, ſcilicet cum corpore, & anima erat ad beatitudinem aſſumenda: ergo cum ſufficienter ſit recreata; tota ſcilicet cum corpore, & anima eſt ad beatitudinem aſſumenda, quantum ad iuſtos: aut tota, ſcilicet cum corpore, & anima, quantum ad iniuſtos eſt ad æternam miſeriam deducenda: oportet ergo hominum eſſe reſurrectionem.

Ratio. 2. Præterea omnis operatio meritoria, vel de meritoria procedens ab homine, principaliús, & veriús attribuitur compoſito, & ſuppoſito; quá partibus eius, vt operari bonum, vel malum veriús attribuitur homini; quam animæ, vel corpori; cum actus ſint principaliter ſuppoſitorum: cum ergo homo ſit ille, qui operatur bonum, vel malum; & anima non ſit homo, nec corpus ſit homo; oportet eſſe hominum reſurrectionem; vt qui totus, ſcilicet

cum corpore, & anima bené egit; totus, ſcilicet cũ corpore, & anima remuneretur: & qui totus malé egit, pro malo totus, ſcilicet cum corpore, & anima puniatur. erit ergo hominum reſurrectio:

Ratio. 3. Item ſi non reſurgerent homines cũ corporibus ſuis; non participaret Dominus Iesvs, quem ſupra probavimus, in beatitudine, & vita æterna cum hominibus; ſed cum animabus eorum; corpus etiam Domini Iesv non videretur corporaliter, nec verbum eius audiretur, nec ipſe daret gloriam alicui naturæ corporali; & corpus ſuum ſolum ſtaret in gloria; quæ omnia ſunt irrationabilia, & impoſsibilia: oportet ergo eſſe hominum reſurrectionem.

Ratio. 4. Vlterius impoſsibile eſt Deum, cum ſit iuſtus aliquid dimittere impunitum, vel irremuneratum: ſed experientia certa videmus, quod multi homines boni in hoc mundo ſuſtinent multas iniurias, adverſitates, tribulationes, & labores corporales; & faciunt multa bona, & meritoria opera corporalia, & quaſi quandiu ſunt in hoc mũdo, ſunt in afflictione corporis continua. Et multi homines mali ſunt, qui habent multas malas, & inordinatas delectationes corporales, & quaſi continuas; & committunt multa enormia, de quibus non portant pœnam in hoc mundo: ergo oportet reſurrectionem hominum eſſe; vt Deus retribuat bonis in corporibus eorum pro bono, quod fecerũt

in

in illis corporibus; & malis det pœnam pro malis, quæ fecerunt in illis corporibus: aliter Deus non iuſté procederet.

Ratio. Item ſi non reſurgerent homines cum cor-
25. poribus ſuis; nulla anima haberet beatitudinē perfectam, nec completam gloriam; quia cum naturaliter anima inclinetur ad ſuum corpus, eo quod anima á Deo creata eſt, vt cum corpore coſtituat hominem; ſi non rehaberet ſuum corpus, privaretur ſuo deſiderio naturali; & ita non haberet gloriam perfectam; eo quod non aſſequeretur ſuum deſiderium naturale: ſed hoc eſt impoſsibile: ergo oportet eſſe hominum reſurrectionem. Sequitur etiam, ſi non reſurgant homines cum corporibus ſuis, quod aut anima, quæ eſt pars, ſit nobilior ſuo toto; eo quod anima erit beata; homo autem non: aut quod nec anima, neque homo perveniant ad beatitudinem: cuius contrarium multipliciter ſuperius eſt probatum.

Quod Dominus Ieſus Chriſtus debeat omnes homines iudicare.

ADprobandum; quod Dominus Iesvs debeat omnes homines iudicare; primo volumus probare, quod debet eſſe omnium hominum iudicium generale, & quod Deus debeat eſſe iudex illius iudicij: ſecundo quod Dominus Iesvs, qui eſt verus Deus, & verus homo debet eſſe iudex illius iudicij.

Manifeſtum eſt, quod omnium hominum conditio in duas partes diviſa eſt: quia quidam eorum ſunt boni, quidam mali. Inde arguimus ſic.

Ratio. 1. Nullus iudex iuſtus debet bonos, & malos ad eundem locum admittere, nec ad eos vniformiter ſe habere; ſed debet inter eos diſcernere, & ſecundum quod diverſimode operati ſunt retribuere; & per conſequens inter eos iudicare; & pro bono debet retribuere bonis, ſecundum quod plus, vel minus boni fecerunt: malis autem pœnam, & ſupplicium, ſecundum quod plus, vel minus mali fecerunt; cum iuſtitia ſit ius ſuum vnicuique tribuere: ſed Deus eſt iudex iuſtus; imó nullus alius eſt iudex iuſtus, niſi ipſe; quod enim ipſe ſit iuſtus ſatis patet ex ſuperioribus: quod autem ipſe ſolus debeat eſſe iudex, patet, eo quod ipſe ſolus eſt Dominus omnium, quia omnia fecit; & ad ipſum pertinet primo, & immediaté omnis operatio creaturæ, ſive bona, ſive mala: ipſe etiam ſolus eſt, qui poteſt retribuere, & punire; cum ipſe ſolus ſit omnipotens; & ipſe etiam ſolus eſt, qui novit omnium hominum merita, & demerita, quantum ad facta, & etiam cogitata, non ſolum quantũ ad numerum; ſed etiam quantum intenſa ſunt, & remiſſa: cum enim ſit ſolus, & ſummé ſapiens; ſolus omnia etiam, ſi præterita ſunt, vt præſentia contemplatur: ergo debet inter bonos, & malos diſcernere, & diverſimodé retribuere, & punire; & per conſequens

inter eos iudicare: oportet ergo eſſe iudicium omnium hominum generale.

Ratio. Præterea omnia iudicia particularia, & in-
2. feriora debent per iudicẽ generalem, & ſuperiorem examinari, & examinata ratificando, vel infirmando, iudicari, & regulari: alias eſſet error in iudicijs; eo quod in eis poſſunt homines falli: & nõ eſſet ordo in iudicijs: juſticia etiam Dei eſſet defectiva; ſi non ſe extenderet ad omnia iudicia regulanda: ſed omnes actus hominum, tam interiores, quam exteriores ſunt quædam iudicia; quia cum libertate fiunt: ergo omnia debent per ſuperiorem iudicem examinari, & ratificari, vel infirmari: ſed ſolus Deus eſt ſuperior ad omnes homines: ergo omnium actuũ homnium debet ipſe eſſe iudex, qui ſolus novit omnia, & ſolus poteſt omnia facta vno inſtanti omnibus declarare. Debet etiam iſtud iudicium eſſe vnũ, & generale; in quo omnes homines debent adeſſe: & poſt reſurrectionem hominum: aliter non eſſet omnibus manifeſtum.

Secundo probamus, quod Dominus Iesvs debet eſſe iudex illius iudicij.

Ratio. Nullus iudex tam idoneus eſt, ſicut ille, qui
1. participat cum vtraque partium, inter quas debet eſſe iudicium; & qui novit merita vtriuſq; partis non ſolum ſecundum ſcientiam; ſed & ſecundũ experientiam: ſed natura humana debet iudicari pro ijs, quæ fecit ſecundum voluntatem Dei, vel contra

voluntatem Dei: ergo nullus tam conveniens iudex eſt, ſicut ille, qui participat cum Deo, & cum homine; talis autem eſt Dominus Iesvs, qui eſt verus Deus, & verus homo, vt ſupra probavimus: ergo ipſe debet eſſe iudex omnium hominum generalis.

Ratio. 2. Præterea omne iudicium ritè ordinatum requirit, quod ſit manifeſtum, & notum omnibus, qui iudicandi ſunt: ſed omnes homines conſtant ex corpore, & anima: ergo iudicium hominũ debet eſſe notum, non ſolum ſpiritualiter; ſedetiam corporaliter: ſed ſi Deus ſolus iudicaret; perſona ſua non videretur oculo corporali; nec ſua ſententia audiretur, nec perciperetur aliquo ſenſu corporali: ergo oportet, quod ille qui iudicat ſit talis, quod ſuum iudicium poſsit perfectè, & completè, ſcilicet ſpiritualiter, & corporaliter manifeſtare: talis autem eſt ſolus Dominus Iesvs; cum ſit verus Deus, & verus homo: ergò ipſe debet eſſe iudex.

Ratio. 3. Item nullus tam idoneus iudex eſt, ſicut ille, in quo reperiuntur, & concordant iuſtitia, manſuetudo, & miſericordia: ſed in Domino Iesv & iuſtitia ſumma, cum ſit verus Deus; & manſuetudo, & miſericordia, cum ſit verus homo, per quã naturam inclinatur ad miſerendum hominibus, qui cum eo participant, inſimul concordant: ergo ipſe debet iudicare; vt in iudicio adſit Divinitas, quæ excitet eum ad iuſtitiam; & humanitas, quæ inclinet eum ad miſericordiam.

De fine huius tractatus.

TRactatum iſtum hac intentione fecimus, vt fideles & devoti Chriſtiani attendant, quod cũ nulla ſecta alia á fide Chriſtiana probari poſsit eſſe vera, nec defendi á ſequentibus, ſeu defendentibus eam: nec poſsit fidem Chriſtianam rationabiliter impugnare: eo quod omnes ſunt innixæ falſo, & frivolo fundamento: fides autem Chriſtiana non ſolum poſsit defendi contra omnes impugnantes eã: ſed etiam probari; & quamcumque aliam ſectam infringere per neceſſarias rationes: ſicut patet ex rationibus ſupra dictis. Ob Zelum fidei animati, ardenti deſiderio meditentur, quod cum nihil poſsit reſiſtere veritati; eo quod ſit ſuper omnia fortior; per viã, & fortitudinem rationum, cum Dei adiutorio, & virtute, poterunt infideles reducere ad ſemitam veritatis; ſicque nomẽ Domini Iesv, omni laude digniſsimum, quod in pleriſque mundi partibus, & á quam plurimis ignoratur, manifeſtabitur, & habebitur in reverentia, & honore. Et hæc via ad convertendum infideles eſt facilior omnibus alijs: durũ enim, & periculoſum videtur infidelibus credulitatem ſuam, pro aliena credulitate, ſeu fide dimittere: ſed falſum, & impoſsibile, pro vero, & neceſſarió non deſerere, quis eorum poterit ſuſtinere? Et ſi dicatur, quod in hoc tractatu poſſunt nobis fieri aliquæ objectiones, ad quas non reſpondimus; dicimus

quod in hoc tractatu hoc tantum in intentione habuimus; vt oſtenderemus, quod fides Chriſtiana probari poterat per neceſſarias rationes. (*vide infra huius explicationem tex. 24.*) Et licet ſi totus tractatus memoriter teneatur, credamus, ſolutiones multarum obiectionum cum diligenter intelligentibus apparere: nos aliquas dimiſimus gratia brevitatis; offerimus nos tamen ſine præſumptione, in virtute fidei Chriſtianæ, ad omnes objectiones infidelium reſpondere; & eis tales contra eorum ſectas, & pro fide Chriſtiana poſitiones facere, & probare, quod ad eas nullatenus poterunt reſpondere. Et ſi dicatur, quod velle rationibus inniti deroget fidei, vel fideliũ merito: dicimus, quod fideles, qui non quærunt intelligere, vt credant; ſed credentes, quod ſi non crediderint, non intelligent; fidem ſimpliciter, & cõſtantiſsimè amplectentes; ad tantam poſſunt in virtute eiuſdem fidei ſublimitatem intelligentiæ elevari, quod ipſa fides, quæ voluntatis firmiter eam credentium erat vita, pabulum, & fomentum; ſua fundamenta, quibus innititur, neceſſarias ſcilicet rationes miniſtrabit eiſdem; quæ ſint confortativum, exaltativũ, illuſtrativum, ac intellectus ſpeculum objectivum. Ipſa autem fides, ad inſtar ſupernatantis olei, in ſublime conſurgens, tanto ad altiorem gradũ in eiſdem credentibus elevatur; quanto intellectus multiplicatis neceſſarijs rationibus altiorem ſibi ſcalam erexit: eo quod ipſa fides, intellectum in ſe ipſa

ſundans; eumque, inveſtigando, continué concomitans, & confortans; ſupra intellectus vires, & potentiam excandeſcit: quia fatigari neſciens, ſemper nititur intentiús, & altiús ad credendum; propter quod fides altiús erigitur, & meritum credentium ampliatur. Verum ſi dicatur nobis, quod aliquæ, vel multæ de rationibus ſupra ſcriptis alibi ſunt inſertæ: dicimus, quod nos invenimus eas ſecundum modũ, & artem tabulæ, quam edidimus, generalis: tamen ſi alibi, & ab alijs ſint repertæ; quanto in pluribus libris, & á pluribus ſint dictæ; tanto amplius exultamus; nos enim ad aliud non intendimus niſi ad oſtendendum, quod fides Chriſtiana, vel fideles per eam poſſunt quamcumque aliam ſectam per rationes convincere; infideleſque convertere; & nomẽ Dei per cuncta climata mundi celebre, & ſolemne omnibus declarare.

Exortatio.

PRopter quod flexis genibus, cum humilitate, & reverentia quanta poſſumus, Sanctiſsimo Patri Summo Pontifici Domino Bonifacio Chriſti Vicario, & Dominis Cardinalibus ſupplicamus; vt ipſi dictam viam amplectantur: cum inter omnes vias, ad convertendum infideles, & recuperationem terræ Sanctæ, iſta ſit levior, facilior, velocior, & amicabilior, ac magis conſona charitati: tantoque omnibus alijs viis fortior; quanto arma ſpiritualia ſunt

corporalibus fortiora: hæc enim armatos ſuos nõ onerant, nec moleſtant; non hebetantur ictibus, nec franguntur, non rubiginantur algoribus, neque caloribus diſſolvuntur: ſed quanto plus in virtute eorum agitur; tanto ſubtiliús acuuntur, multiplicanturque, multipliciús armatoſque ſuos agiliores, fortiores, armatiores, & audaciores faciunt, pluſquam in principio; in medio, & in fine; præter multa alia, quæ enarrare omittimus;ne ſæcularibus poteſtatibus videamur in aliquo derogare: licet ipſi poſsint,& debeant rationabiliter cogitare, quod arma clericorum ſunt armis eorum nobiliora, & etiã fortiora.

Operis huius compoſiti loci, & temporis deſcriptio.

FActus fuit iſte tractatꝰ Romæ, Anno Dñi 1296. & completus ibidẽ in vigilia B. Ioannis Baptiſtæ Præcurſoris Dñi Iesv Chriſti: cui placeat Dñm depræcari; vt ſicut ipſe fuit præco lucis, & luminis; & ipſum, qui vera lux eſt, digito demonſtravit, ſuoque tẽpore fuit gratia inchoata: ſic placeat Domino Iesv Chriſto novam lucẽ mundo infundere: ad cuius lumen ambulantes infideles converſi nobiſcum ſecuré occurrant eidem Dño Ieſu-Chriſto; cui eſt honor, & gloria per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

INDEX.

Quod ens ſummè bonū ſit. pag. 8.

Quod ſit dare ens infinite magnum. pag. 9.

Quod ens æternū ſit, pag. 10.

Quod ens infinitum in poteſtate ſit. pag. 11.

Quod ens ſummum in virtute ſit. ibid.

Quod ſit vnus Deus tantū, quod eſt 1. art. pag. 13.

Quod in Deo ſit perſonarum pluralitas. Et primo qd ſint duæ perſonæ, quod eſt ſecundus art. pag. 15.

Quare perſona producens dicatur Pater, & producta dicatur Filius, quod eſt tertius art. pag. 19.

Quod in Divinis ſit dare tertiā perſonam, quod eſt 4. articulus. pag. 20.

Quare perſona procedens á Patre, & Filio dicatur Spiritus Sāctus. pag. 22.

Quod in Divinis ſint tantū tres perſonæ. pag. 24.

De creatione, quæ eſt quintus articulus. pag. 28.

De recreatione, quæ eſt ſextus articulus. pag. 31.

Quod primi parentes peccaverunt. ibid.

Quod peccatum primorū parentū ſit generale omnibus hominibus corporaliter. pag. 36.

Qd peccatū primorū parentū ſit generale ōnibꝰ hominibꝰ quantū ad animā pag. 39.

Quod ſit recreatio. pag 44.

Quod Deus ſit Glorificator, quod eſt 7. art. pag. 48.

De Incarnatione Filij Dei, quæ eſt 8. art. pag. 51.

De Incarnatione Filij Dei, & eius Cōceptione. pag. 56.

Quod Filij Dei conceptio debuit fieri per Spiritum Sanctum. pag. 58.

Quod debuerit naſci de Virgine, qd eſt 9. art. pa. 61

Quod Dn̄s N. Ieſus Chriſtus mori debuit, quod eſt 10.

articulus. pag. 64.
Quod deſcenderit ad inferos, quod eſt 11. art. pag. 67.
Quod Dn̄s Ieſus Chriſtus debuit reſurgere á mortuis, qd eſt 12. art. pag. 70.
Quod Dn̄s Ieſus ad Cælos aſcenderit, quod eſt terdecimus art. pag. 73.
Quod articuli ſex, qui pertinent ad humanitatem, quos probavimus debere fieri, ſunt jã facti. pa. 75.
Quod Dn̄s Ieſus Chriſtus debeat judicare vivos, & mortuos, quod eſt quatuordecimus art. pag. 83.
Quod generatio hominũ habebit finem. ibid.
Quod omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis. pag. 87.
Quod Dn̄s Ieſus Chriſtus debeat omnes homines iudicare. pag. 89.
De fine huius tract. pag. 93.

ERRATA SIC CORRIGE.

Pag, 1. lin. 5. inde leg. vnde. pag. 2. lin. 20. experitiſsimo, le. experientiſsimo. pag. 3. lin. 4. tum, leg. cũ. pag. 4. lin. 3. ipſæ, le. ipſi. lin. 4. fortificari. le. fortificati. lin. 17. ſciant, leg. ſciat. pa, 5. lin. 10. vnũ leg. autem. lin. 12. fit, leg. ſit. pa. 8. lin. 5. neutũ, leg. neutrũ. pag. 12. li. 8. quod, leg. quo. pag. 17. lin. 7. caſtum, leg. caſtrum pag. 18. lin. 1. infititũ, leg. infinitũ. pag. 19. lin. 3. pricipalem, leg. principalem. pag, 21. lin. 23. uiſi, leg. niſi. pag. 27. lin. 21. iill, leg. illi. li. 24. pefectè leg. perfectè. pa. 29. li. 14. accœpit, le. accepit. pa. 34. li. 9. nos le. nõ. li. 24 inſœpit, leg. incœpit, pag. 41. li. 18. hiis, le. iis. pag. 44. li. 16. generare, leg. generale. pag. 54. li. 27. autũ, le. autẽ. pa. 58. li. 18. Parte, le. Patre. pag. 58 li. 5. nullũ, le. vllũ. pa. 70. li. 8. Deiati. leg. Deitati. pag. 72. lin. 28. fit, le. ſit. pa. 84. li. 10. nom, leg. non lin. 16. dfferentia leg. differentia.